



No. 100.





10

Die in  
der  
Bibliothek  
der  
Universität  
Sachsen-Anhalt  
aufbewahrt  
sein  
soll



METHODVS IO:  
ANNIS BAPTISTAE MONTANI  
DE ELEMENTIS, IATRIAE CANDIDATIS  
apprimè vtilis ac necessaria. Cui accessit eiusdem  
authoris de syphillidos lue tractatus do-  
ctissimus, vnà cum regulari cura  
huius morbi Benedicti  
Fauentini.

\*

VIENNAE AVSTRIAE  
excudebat Michaël Zimmermannius,  
Anno M. D. LIII.

METHODVS IO.

ANNIS BAPTISTAE MONTANI

DE ELEMENTIS PATRIAE CANDIDATIS

scripsit et publicavit G. G. G. G.

Quibus, votum regium est

honoris et beneficii

concedi



Venerabilis AUSTRIAE  
Cancellarius M. J. J. J.  
Anne M. D. LIII.



# REVERENDO ET

GENEROSO DOMINO D. REYN  
PERTO COMITI A TEYRSTAYN, ET BA-  
roni ab Ebersdorff, Sacrae militiae Rhodiens. per  
Austriam commendatori, arcium Meylperg &  
Striga, & Musicorum Praefecto generali, nec non  
Haynburgensis artis Castellano, atq; in-  
uictis. Rom. Regis Ferdinandi  
Consiliario dignis-  
simo.

**N**emo, Heros magnifice, Imperato-  
rea Maiestate dignus est (Cicerone  
teste) in quo non exacta rei milita-  
ris scientia, authoritas, foelicitas, &  
virtutes multae insunt: cuius generis censetur,  
strenuus in negotijs labor, & tolerantia, corpo-  
ris robur, ingenij acumen, sapientia, constantia,  
& in periculis subeundis fortitudo (quam Isocra-  
tes mentem & cor belli vocat) inconcussa, inef-  
fracta q;: adhaec etiam solers in agendo industria,  
celeritas in conficiendo, consilium in prouiden-  
do, circumspectio, multijuga experientia (quam  
Affranus rerum magistram appellat) & spectata  
fides, quae vna caeteras virtutes haud secus illu-  
strat, atque Sol ipse Lunam ac Sidera quaeque.  
Sed quoniam isthaec & perfectam rei militaris  
a ij scientiam

scientiam, nemo assequi potest, neque tenere, qui non ab ineunte ætate diu multumque in militia versatus, atque omnes militares gradus consequutus sit. Ita parietiam ratione, nemo bonus Medicus esse potest, qui non perinde in artibus primùm liberalibus, plurimùm seduloque versatus sit, atque à primordijs ipsis occipiendo, artem Medicam didicerit. Qui verò eam ritè recteque non discunt, hoc est, qui in artis Medicæ principijs comprimis se minus exercuere, hi rationalis Medici præclarum nomen meritò sibi vindicare nequeunt. Etenim humani corporis elementa, temperamenta, humores, spiritus, facultates cuiusque, actiones, naturæ, functiones, adeoque omnium partium constructionem (quam anato me docet) ad vnguem nesciunt, quomodo (cedo) incognitis naturalibus, ea quæ præter naturam obtingunt, afficiuntque, explorata habebunt? Quomodo sanitatis, morborumque genera symptomatum, differentias, causas, partes, effectus, signa, remedia, horumque energiam & naturam, atque id genus alia examussim cognita obtinebunt? Enimverò nisi hæc prius perdiscant, optimè Medicis fungi munijs, partibusque nequaquam poterunt, utpote corrigere, mutare, conseruare, mederi, præseruare, mitigare, ac restaurare: proinde nec ista exactè præstiterint, nisi antea probè calleant, per quæ, quomodo, quando, & à quibus  
ca



ea fieri debeant, adeoque scopos sibi constituant, in quos omnes actiones suas dirigant, atque colliment. Quod cum ita sit, vehementer, hac memoria Doctorum studia probamus, qui artis Medicæ principia, cum diligentissimè, tum luculentissimè illustrarunt. Et cum inter eos haud extremum obtineat locum, magni ingenij vir, atque bonarum omnium artium cinnus IOANNES BAPTISTA MONTANVS, hoc potissimum nomine ipsius scripta, omnibus Medicinæ Candidatis communicari debent: & quoniam Idæa Hippocraticæ doctrinæ superiori anno edita, tantum profuit studiosis, quatum vix magna multorum cõmentaria, atq; Iatriæ Tyrones apud me alijs in horas super alias præcibus instarent, vt si quid mihi esset in libellos Hippo. & Gal. vbi ipsorum mentem declararet Montanus, id quicquid foret, eis impartirer, hoc excusa communis ratione emolumentis, haud grauatim præstiti, eorumque votis sum obsequutus. Persuasum enim habeo, hanc de Elementis methodum, artis Medicæ studia auspiciantibus haud mediocriter profuturam, adeoque his illa melius consultum iri. Enimvero non exigui levisque negotij est, Hippo. & Gale. sententiam in principijs intelligere: nam ab his reliqua pendent omnia, extruunturque. Adiunxi etiam eiusdem Montani de contagiosa foedaque syphillidos lue libellum, vbi præter  
a iij cætera

cætera mira dexteritate originem, essentiam, & curam eius morbi docet. Hæc in præsentia edere libuit, quæ si grata fore nostris studiosis perceperimus, alia alias eaque grauiora eiusdem authoris scripta diuulgabimus. Tibi autem Heros amplissime, cum me, ac omnes bonorum studiorum cultores, singulari amore prosequaris, hæc dedicanda censui, ut etiam alij, tuo exemplo, ad amanda studia innitentur. Itaque isthæc per pusilla, pro immensis tuis in me beneficijs, boni consulere, eaque fronte recipere velit, qua nos solet suscipere atque intueri, Persarum Regis maximi memor, qui non minus Regium duxit, parua libenter accipere, quam magna tribuere. Valde foeliciter vale, atque me ut facit, constanter amare pergat.

Viennæ Austriæ, pridie Calend. Martias


1552.

M. V.

deditis.

Martinus Stopius  
Doctor Medicus  
Alostanus Flander.  
der.





I.

IOANNIS BAPTISTAE MON-  
TANI METHODVS DE ELE-  
mentis.



*Q*uoniam omnis methodus, ars, actio, & praele-  
ctio bonum aliquod appetere videatur,  
cuius gratia agit, quodcunque agit. Me-  
dicina autem cum sit ars, & ipsa finem  
necessario habet aliquod bonum. Bonum autem quod  
inquiritur in medicina, & cuius gratia agit, constat  
esse sanitatem. Sed cum omnis ars sit collectio quaedam  
multorum theorematum, ad utile aliquod in vita di-  
rectum, quod habet rationem boni: propterea medicina  
habebit necessario collectionem, quae theorema-  
ta, si unam artem facere debent, non tantum ad unum  
finem dirigentur, sed etiam inter se mutuum habe-  
bunt connexum. Ut igitur habeamus sententiam ho-  
rum theorematum, sui que connexus, & relationem  
ad finem, progredi duabus vijs possumus. Altera est  
per viam compositionis: altera est, quae ab opposito,  
quando ab ultimo ad primum resoluendo regredimur,  
& ista via resolutiva dicitur, quae fit a notione finis:  
Hanc in omnibus suis libris Galenus, ubi ex professio  
vel artem, vel ipsius partem instruit, semper prosequi-  
tur. Propterea nos quoque, qui Galeni dogmata profi-  
temur, ea via insistentes, totam artem compendio tra-  
demus. Itaque inde non tantum habeantur summa ca-  
pita singularum partium ipsius, sed ut Galeni libri

A

per

per eandē methodum distinguantur, vsusq; atq; vti-  
litates singulorum librorum habeantur. Cū ergo (vt  
diximus) à notione finis resolutionem in artibus fieri  
oporteat, finisq; sit in medicina sanitas, ab ipsius ra-  
tione exordiri oportet. Primò ergo, conceptum quem  
habemus, sanitas est: vt sit habitus quidam corporis,  
vnde aēiones proueniant secundum naturam: quòd  
proportio quaedam sit quorundam, ex quibus animal  
constat. In animali autem videmus multorum mem-  
brorum compositionē diuersissimam ad diuersos vsus  
fabricatam. Videmus præterea vñionem partium, ita,  
vt dum sumuntur in tali structura, et tali vñione, et  
proportione, aēiones laudabiles fiāt: et talis vñio par-  
tium, ac talis compositio diuersorum instrumentorum  
presupponit mixtionem quandam esse alicuius, & a-  
liquorum elementorum, ex quo, velex quibus huius-  
modi partes componantur. A notione igitur finis hæc  
habemus hætenus. Quòd si sanitas debet adquiri aut  
conseruari, necessarium est scire proportionem, quæ  
est in corpore, complexione & vñitate partium, ita  
dum se habent secundum naturam, conseruantur:  
dum verò excesserint, restituntur. Ex quibus ita di-  
spositis seruandis, sex sequuntur partes methodi. Vna  
est methodus, viaque, ac certa ratio sanitatis tuendæ.  
Altera est methodus recuperandæ sanitatis, quæ a-  
missa fuit. (De libris Galeni, qui ad vtramque metho-  
dum seruiunt, suis locis dicemus, & eorum scopos &  
intentiones declarabimus.) Sed cū sæpè proportionem  
prædictæ

*prædictæ, et earum oppositiones proportionè sensui nõ  
 sunt manifestæ, quibusdam apparentibus necessariò  
 cognosci oportet: proptereà altera pars methodi inue-  
 nienda est, in qua eadem via ac ratione signorum for-  
 mas ac regulas colligemus. Et ita erit tertia methodi  
 pars, ac simili modo suis locis Galeni libros enarrabi-  
 mus, eorumq; summa capita dicemus, in quibus huius  
 modi methodus tradetur. Quoniã verò signa necessa-  
 riò indicant, significant aut corporis aut corporum di-  
 spositiones, tum naturales, tũ præter naturam. Pro-  
 ptereà quoque pars quarta methodi ad vsum necessa-  
 rium accedit, in qua tradi debet via ac ratio, quomodo  
 quæcunq; dispositio accidere possit corpori præter na-  
 turam, nec desunt circa hanc partem methodi omnia  
 Galeni volumina, quæ suo loco non omittantur. Fru-  
 stra aut inquiramus vel dispositionẽ præter naturam,  
 vel naturales, vel signa etiam, eorumque causas, nisi  
 principia elemẽtaq; cognosceremus, ex quibus natura  
 consistat. Constare autẽ diximus, tum ex aliquo, vel  
 aliquibus elementis, tum ex compositione multarum  
 partium siue instrumentorum, tum ex congruo eo-  
 rundem connexu & figura. Tunc igitur resultat  
 quinta methodi pars, in qua agere oportet de elemen-  
 tis, de temperamentis, membrorum connexu, & fa-  
 cultatibus eorundem. De methodi parte, sicut &  
 de reliquis omnibus Dux noster Galenus exquisi-  
 tissimè pertractat, sicuti nos paulò post recensēbimus.  
 Cũ verò ars tota Medici circa actionem versetur,*

A ij actio-

actioque huiusmodi instrumento indigeat, quibus  
tum conseruare, tum acquirere sanitatem possimus,  
propterea materia quoque huiusmodi instrumentorum  
requirenda est. Vnde quoque sexta et vltima metho-  
di pars elicitur, de qua plurimi quoque Galeni libri  
extant, quorum singulorum sententias considerabi-  
mus. A notione igitur finis elicimus (sicuti apparet)  
sex methodi partes, quae ita ad artē nostram medicā  
sunt tum sufficientes, tum necessariae. Et quantum ad  
sufficiētiā, neque plures, neque pauciores esse possunt:  
quantum ad necessitatē, nullo modo nos posse asse-  
qui medicinae artē, sine horum omnium cognitione  
optima. Igitur ab ea, quae secundum compositionis or-  
dinem occurrit, incipiemus: et ab vltima, quae secun-  
dum ordinem resolutionis, quae prima fuerat, progre-  
diemur. Primum quod occurrit in hoc ordine, est: vt  
consideremus principia, ex quibus cōstet animal. Pri-  
ma autem principia sunt elementa. Habemus itaque,  
sicuti polliciti sumus, praemanibus libros Galeni De  
elementis. Videamus quoque methodū, quae ipse nititur  
in elementis corporibus dijudicandis. Vnū igitur pro-  
ponit à natura rei obseruatum, in quo fundabit totā  
inquisitionem de elementis. Primum tale est: quæ-  
rere, vtrum vnum vel plura sint elementa. Secundū, si plu-  
ra, quae? quot? et qualia? Ad primum, vtrum vnum,  
vel plura, ex Hippocratis fundamento ita inquirat: Si  
vnum esset elementū, ex quo animal componeretur,  
non doleret: dolet autem, ergo non vnum. Haec tota  
sententia



3.  
sententia est, in qua maximè innuitur plura esse ele-  
menta. Quòd aut elementa cùm plura sint, ab inuicem  
etiam patiantur & alterentur, probat ex eodem ferè  
fundamento, scilicet ex dolore. Nisi enim pateren-  
tur, alterarenturque elementa, nihil sentiret animal  
plus ex ictu & punctura, quàm sentiat domus com-  
posita lateribus & cemento. In quare vnum est ad-  
uertendum, quàm sibi conformis Galenus sit: qui ali-  
bi credit solutionem continui primam et propriam cau-  
sam esse doloris. Datur hìc ansa dubitandi, vt cauti-  
ores progrediamur: sed non est propositum nostrum  
quæstiones discutere. Postquàm igitur probauit, tum  
plura, tum alterabilia, prætereà esse quatuor, ex qui-  
bus mūdus cōstitueretur: ex eisdem enim alimur, ex  
quibus sumus: alimur aut ex elementis, ergo ex ele-  
mentis constituimur. Vnde consequentiam pluribus  
verbis probat, disputatque contra Athenæum, aliter  
sentientē, docetq; ibidem, vtrum elementa sint qua-  
litas primæ, vel corpus ex his & materia prima com-  
positū: & vtrum commisceantur simul corpora tan-  
tum, sicuti Stoici voluerūt: an qualitates tantum, si-  
cuti ipse docebat Aristoteles: an vtrumque, sicuti ipse  
magis credere videtur. His peractis primo libro ele-  
mentorum, eadem methodo inquirat in secundo de se-  
cundis elemētis humani corporis, quæ sunt humores.  
Methodus autem inquirendi talis est: Ex sanguine  
nutritur animal: ergo ex quatuor cōstat humoribus.  
Probat consequentiam cum medijs traditis ab Hipp.

in libro De natura humana. Tum quia in sanguine  
qualecunq; sano, quatuor diuersae substantiae reperi-  
untur: pars aquae crassa, pars faeculenta terrestris, quae  
probat ex fibris apparētibus in sanguine, ratione qua-  
rum fibrarum extra venas coagulatur pars subtilior,  
supernatant, alia substantia inter omnes istas media,  
quae propriè syncerus sanguis appellatur. Probat etiā  
ex alia ratione, quòd medicinae, quae proprios humores  
ab occulta virtute adtrahunt, semper habeāt in cor-  
poribus etiam sanis, quod adtrahant, siue humor ad-  
tractus sit biliosus, siue pituitosus, siue melācholicus:  
vbi obiter disputat contra Erasistratum, quae medi-  
camenta generare proprium humorem in corpore pos-  
sint. Et sic perficitur tota speculatio de elementis ab  
ipso Galeno.

## DE HUMANA NATURA

### METHODVS.

**A**ccedamus modo ad librum De natura humana  
Hippocratis, quam tali methodo inquirat. In hoc  
libro intētio est inuenire naturam humani corporis.  
Primò, an multiplex, an vna sit, venaturque multi-  
plicem, tum ex sensu: quoniam si esset vna, nō sentiat  
animal, tum ex alteratione, quoniam calefit, frige-  
gescit, &c. Sed nihil alteratur, nisi de contrario in  
contrarium. Ergo si alteratur, multiplex est, &  
non vna. Tamen ex generatione, ex semine enim ge-  
neratur

4.

neratur, & ex alimento adtracto à virtute seminis,  
ergo ex pluribus generatur. Inquirit postea, ex quo  
multiplex est, ex quot constituatur, probatque ex  
quatuor, quoniam ex iisdem sumus & nutrimur. Ex  
elementis autem nutrimur, ergo ex elementis sumus,  
vt discurrenti patet. Quatuor autem elementa esse, ex  
quibus vniuersum constat, probat: quia in ea vnum-  
quodque generatum resoluitur, & ob iisdem altera-  
tur. Elementa enim propinqua, ex quibus conficitur  
animal, probat esse quatuor, cum primis elemētis pro-  
portionem habentia, bilem, pituitam, atram bilem &  
sanguinem, quod ostendit experimento euacuatio-  
num. Quocunque enim tempore euacuetur animal, e-  
tiam in summa sanitate constitutum, educetur vel pi-  
tuita, vel bilis, secundum facultatem medicamenti  
exhibiti. Item quando aliquis istorum humorum, fu-  
erit plus æquo euacuatus, dolet animal, & ægrotat.  
Habere autem proportionem ad quatuor elementa  
vniuersi, & probat ex actionibus & passionibus. In  
ætate enim adolescētiae, in qua dominatur calor, ma-  
ximè etiam dominatur bilis, igni qualitatibus resson-  
dens. In descensu verò ætatis, in quo siccitas quidem  
augetur, caliditas verò diminuitur, excedit succus  
melancholicus terræ similis. Sed aucta in senio frigi-  
ditate vsque ad intensum gradum, à quo humore re-  
plentur corpora, aquæ proportionem respondentia. In  
pueritia humiditas iungitur, & sanguis vt pluri-  
mum dominatur, qui ad veris qualitatem refertur.

Anni

Anni præterea tempora obseruant proportionem humoris: Nam ver sanguini, æstas bili, autumnus melancholiæ, hyems pituitæ respondet: atque idem est, quod mutationes temporum tum pariunt, tum remouent morbos. Hæc methodus est Hippocratis in toto hoc libello: quem si vultis videre, legatis vltimum cõmentum Galeni super hunc librum.

## METHODVS DE ATRA

### BILE.

**C**um verò quidam antiquorum quatuor esse humores negarent in humano corpore, ac præcipuè humorè melancholicū, inter quos fuit Erasistratus: inde coactus fuit Galenus edere librum, qui De atrabile inscribitur: Cuius intentio principalis est, ostendere bilem atram etiam in corpore humano generari. Vt tamen hoc melius faciat, incipit à notiori, vt semper solet. Notior autem omnium humorū est sanguis, ex quo reliquos omnes humores esse probat. Partim ex diuersis sanguinis saporibus, partim coloribus & substantijs: qui enim subtilis & subruffus, insipidus, pituitosus est: qui subfuluus, amarus, & spumans cum leuitate, biliosus: qui niger, acris & crassus, melancholicus. Ex his colligitur quatuor esse humores, quorum pituitam quidem in sanguinem conuerti, si vltius concoquatur, & propterea nullum habere instrumentum, vel vas proprium. Bilem tum amarā, tum nigrā

in

5.

in sanguinem verti non posse, cum sint ulterius decocta: propterea illis receptacula esse à natura constituta, ut in quibus utriusque redundantia reciperetur, hæc tū in corpore, tū ad æqualitatē proportionum seruarentur, quam diu animal degit. Si verò immutantur, ita ut vel pituita acida, vel salsa, vel crassa sicuti vitrum reddatur, nec quantitate excedat, proportionales nascuntur eiectiones, secundum diuersum raptum eius materiæ. Si verò bilis amara vel admisceatur sero sanguinis, & fiat ea, quæ ocrea aut pallida dicitur, vel crassescat, vel fiat vitellina, ægri tudines fient illis quoque proportionales: sicuti etiam, si quantitate excesserint, ex qua plurimum icteri nascuntur. Si verò in stomacho generatur, fiatque vel prassina, vel æruginosa, vel isatodis, id est, glauca: ex his quoque causis ægrotat animal. Ut si bilis aduratur, vel succus melancholicus, fiūt pessimæ & malignæ ægri tudines, quæ cacoëthe dicuntur, tum in complexione, sicuti febres pestilentiales, tum in compositione, sicuti cancri vlcerati, anthraces ac reliqua huiusmodi mala, tum in solutione continui, sicuti vlcera telephia, chironia et huiusmodi. A succo melancholico non adusto fiunt cancri occulti, elephantiasis, vbi sanguis melancholicus dominatur. Hæc sunt, quæ in libro De atra bile continentur, vbi Galenus obiter disputat contra Erasistratum, tenentem medicinas solutiuas, generare humorem quæ attrahunt.

LIBRI PRIMI DE TEMPERA-  
MENTIS METHODVS.

**C**ompleto igitur tractatu de elementis, tum re-  
motis, tum propinquis humani corporis, ordine  
doctrinae accedit ad temperaturas Galenus, in qui-  
bus utitur tali methodo: Tria omninò considerat,  
sicuti tres libros facit. In primo inuestigat natu-  
ram temperamentorũ: In secundo addito numero, in-  
uestigat signa singulorum: In tertio determinatis tem-  
peraturis distinctis sua signa docet, quaecunque alte-  
rant humanum corpus ita temperatum. Primò igitur  
inquirit, cur alij tantum quatuor temperaturas posu-  
erunt, alij verò duas? nam qui quatuor tantum, sum-  
pserunt argumentũ ab eo, quia quatuor sunt elemēta,  
& quatuor anni tempora, ita sunt quatuor tempera-  
turae illis respondentes: videlicet calida & humida,  
calida & sicca, frigida & humida, frigida & sicca.  
Qui verò duas tantũ tēperaturas posuerunt, dicebant  
tantum esse calidam & siccã, frigidã & humidam.  
Caliditas autem adiuncta humiditati, diu esse non po-  
test, vt ipsi dicunt. Calor enim exiccet humidum, &  
ita redditur complexio calida & sicca. Frigiditas e-  
tiam cum sicco diu stare non potest: statim enim hu-  
mor generatur, atq; humore repletur corpus, propter  
plurimas cruditates: & ita non esse, nisi temperaturã  
calidam & siccam, frigidam & humidam. Contra  
quos instant quatuor ponentes temperaturas: nam  
non

6.  
non est verum, vt dicunt, à quolibet calore exiccari  
humidum, sed ab eo tantum calore, qui iungitur sic-  
citati. Calida enim aqua non exiccat, sed humefacit,  
quoniam in ea est calor cum humido: quatenus ergo  
calida calefaciet, eatenus humida humefaciet. Et ita  
non est verum quemlibet calorem exiccare: calori e-  
nim, quatenus calor est, nulla actio competit, nisi ca-  
lefacere, atque omninò eadem ratio de frigida & sic-  
ca temperatura: Quatenus enim frigida frigefacit, ea-  
tenus sicca exiccat. Quos omnes redarguit Galenus,  
inquiens: nimis frigidè & parum ingeniosè propter im-  
peritiam Logicæ venatose esse naturam complexionū.  
Primumque quod admiratur Galenus, tale est: Quo-  
modo non videant, quod ipsi dicunt, temperaturam  
calidam & humidam, frigidam & humidam, etiam  
nomina esse excessuum: quòd si excessum significant,  
cur tam ineptè omiserunt æqualitatem, à qua debe-  
mus metiri excessus? Quomodo enim sciemus exce-  
dere aliquam temperaturam per calidum & humi-  
dum, frigidum & humidum, &c. nisi referamus talē  
excessum ad aliquam æqualitatem? In primo igitur er-  
rarunt, quòd omiserunt temperaturam æqualem, in  
qua nulla penitus qualitas excedit. Posse autem esse  
temperaturam talem, probat ratione & experientia.  
Ratione, quia vbicunq; datur excessus, ibi & æqua-  
litas. Experimēto, quoniā si accipias aquam calidā,  
vt quatuor, & admisceas aquam frigidam, vt qua-  
tuor, facies temperatissimam, in qua neque caliditas

B ij

neque

neque frigiditas dicitur. Posita igitur æquali tempera-  
tura, statim habemus octo aliquas temperaturas.  
Nam si potest excedere per temperamentum, per cali-  
dum & humidum, poterit etiam excedere per calidū  
tantū, & humidū tantū, ita habemus tres excessus.  
Et si excessus fuerit per frigidū et humidū, erit &  
per frigidū tantū, & per humidū tantū, & habemus ali-  
as tres, ita cū alijs duabus annexis octo erūt, & me-  
dia inter omnes erit nona. Prætereā sic probat: Vbi  
excessus, ibi æqualitas: neque enim excessus dicitur,  
nisi æqualitatis ratione. Experiētia etiam, et per indu-  
ctionem probat æqualitatem esse, commemorando sin-  
gularum membrorum diuersas partes excessus: con-  
cludit enim cutem in nullo excedere, & sic esse tempe-  
ratissimā. Est hīc notāda controuersia Gal. hīc enim  
dicit sanguinem calidissimum esse eorū, quæ sunt in  
corpore. In secundo verò huius dicit bilem calidissi-  
mam. Dicatis igitur sanguinē intelligere pro tota mas-  
sa, cui etiam bilis admista est. In secundo verò, bi-  
lem ad reliquos humores & partes comparare: & ita  
secundum rationes diuersas vtrumque verum est.

## LIBRI SECUNDI DE TEMPERA- MENTIS METHODVS.

**I**n secundo autem De temperamēt. lib. profequitur,  
quod in primo probauit de cōplexionibus: & incipit  
de temperata, cuius actiones & virtutes connumera-  
uit



uit. Ab actionibus enim cognoscuntur temperaturæ,  
 & earū equalitates, quæ ad earū actiones referuntur,  
 vt supra dictum est. Ad ætatum temperaturas progre-  
 ditur: notum enim est equalitatem ab ætate immuta-  
 ri, vbi illustrem illam quæstionem interserit: De ca-  
 lore pueri & adolescentis vter maior? et lōgo processu  
 exquisitissimè discutit. Postea dat methodum cogno-  
 scendi, discernendique omnes temperaturas à tactu,  
 primò calido, frigido, humido & sicco: vbi obiter do-  
 cet calidum & frigidum tactu discerni, humidum &  
 siccum etiam ratione, atque ibi de duro & molli pul-  
 chra scitu tractat. Omne siccum est durum, non ta-  
 men omne durum siccum: enumeratque membra, quæ  
 debent esse calida & humida, quæ frigida, quæ sicca.  
 Ergo differentiam temperaturarū sumemus à tactu,  
 spectando quæ mollia, quæ dura sunt, quæ gracilia,  
 quæ obesa, quæ pingua, quæ carnosæ, quæ omnia non  
 tantum tactu, sed etiam visu discernuntur, cū aliquo  
 rationis discursu. Sumitur deinde differentia ab his,  
 quæ visu apparent, vt hispiditas & hirsutia pilorum.  
 Atque hinc pulcherrima habes de causis & ortu pilo-  
 rum. Aduertit etiā nos ex singulis in vno membro ap-  
 parentibus, non debere totum corpus iudicare, sed il-  
 lud tantum membrum, in quo illa signa tantum ap-  
 paruerint. Vnde malè iudicāt, qui ex caluitie vniuer-  
 sum corpus siccum esse arbitrantur. Tertiò etiam su-  
 mitur differentia à colore pilorum, & cutis. Aduer-  
 tendum tamen, in regionibus temperatis hæc signa

maximè vera esse, alioqui Æthiopes semper sunt nigri, Germani & Galli albi maxima ex parte. Cùm ergo paria possint esse in membris suis, vel æqualia, vel inæqualia: vt exempli gratia, cordis sit calidi, epatis sit frigidi, &c. Et primò nos docet inæqualia cognoscere, deinde æqualia, ac nullum signum efficacius ponit, quàm quod à singulorum actionibus sumitur. Secundò à structura: vt si paruum, magnum, durum, molle, asperum, leue, rectum, obliquum, ac reliqua huiusmodi. An venas & arterias habeat amplas, an angustas. Prætereà docet, quænam illa sint talia per se, quæ per accidens. Sæpè enim stomachus, exempli gratia, imbecillis est, non per se, sed per distillationem à capite. Item biliosus non est ex se, sed ex infelicitate meatus fellis, vt de Eudemo Peripatetico dixit. Sciendū prætereà signa quandoque indicare temperaturā non præsentem, sed præteritam, vt patet de sene hispido, crispo, cum amplis venis: habet enim signa caliditatis præteritæ, cùm tamen nunc ipse frigidus sit. Quandoque indicant temperaturam futurā, vt patet de puero crispos nigrosiue capillos habente: habet enim signa caliditatis & siccitatis, cùm tamen adhuc humidus sit. Inde dicebat Galenus, superfluitatem pilorum in pueris, olim futurum talem sanguinem illius, qualis nūc est illa superfluitas, indicare.

LIBRI TERTII DE TEMPERA-  
TVRA METHODVS.

**C**um egerit in primo & secundo libro de his, quæ habent temperaturas ex qualitatibus actu existentibus. In hoc tertio qui diuinus est, & totus memoria mandandus, de his agit, quæ extrinsecus immutare possunt corpus. Ita enim, uti supra diximus, temperamenta, plærumque immutant per facultates, quæ in eis non actu, sed potentia existunt. Hic traditurus methodum, quomodo id fiat, posuit optimum fundamentum, dicens: quæ ab igni facile inflammantur, ea dici calida: quæ non inflammantur, imò & quandoq; ignem extinguunt, ea dici frigida: hac similitudine omninò docemur, quæ calefaciãt, & quæ refrigerent corpus nostrum, ac eandem esse omninò proportionem inter calorem nostrum, & inter calorem ignis. Quæcunque igitur corpori nostro offeruntur, si ab humano calore immutantur, & ad actum ducuntur, omnia illa calida appellantur: ita quòd tandè etiam lactucæ calefaciant, quando probè ad actum ductæ fuerint. Quæ verò non ducuntur ad actum, omnia illa frigida dicuntur. Vbi stupidorum remouet errorem: Stupidie enim, quæ non inflammantur, ea frigida dicunt, non animaduertètes illa etiã magis calida, quæ igniuntur, quàm quæ inflammantur, ut patet de ferro ignito, & carbone, hæc enim longè calidiora sunt flamma, quæ vapor accensus est, non substantia sola. Hac similitudine

rudine apparet veritas: vnde fit, quòd piper facilius  
quidem calefiat à calore nostro naturali, sed calidita  
te facile euaporabili: calchantum autem difficilius,  
sed calore pertinacissimo. Apparet etiam, cum ferrum  
& palea respectu quidem ignis calida dicuntur: quo-  
niam palea facile inflāmatur, ferrum verò ignescit, &  
fit pruna, respectu humani corporis minimè calida, imò  
frigida potius: cum ab humano calore nequaquā mu-  
tari possit: hinc enim multorum fallacia deprehendi-  
tur, qui se & alios paralogismo decipiunt. Apparet  
tertiò, omnia frigida, quaecunque non mutantur à ca-  
lore nostro innato, omnia verò calida, quaecunque im-  
mutantur, ita quòd etiam lactuca, &c. Apparet quar-  
tò, quòd medicinae frigidae dictae non immutantur, quò  
ad qualitates, à corpore humano, sed immutantur, si-  
cut ligna viridia, & aliqua, à quo non vincuntur, sed  
vincunt ignem: & si contigerit, quòd vincantur, au-  
gent ignem, & nō extinguūt. Dixi enim, quò ad qua-  
litates primas: quoniam alio modo immutantur cibi  
& medicamenta à calore, quo comminuuntur in mi-  
nores partes. Et contingit etiam, vt ab arteriarum di-  
latatione attenuentur, vt hoc modo reducantur ad  
actum, & quandoque interficiunt: in qualitatibus au-  
tem primis nulla fit immutatio, & si fiat, tamen nec  
calefaciunt, nec refrigerant: & hoc est verum Galeni  
dogma. Atque idem est, quòd vinum egregiè calefaci-  
ens, si vberius ingeratur, ita vt à calore immutari nō  
possit, refrigerat, morbosque frigidus generat, stupo-  
re m,

9.

porem, tremorem, paralyſim, & denique mortē. Quod-  
cunque enim corpori offertur, vel alteratur à calore,  
ſecundum ſubſtantiam, & eſt cibus: vel ſecundū qua-  
litatem tantum, & eſt medicina: vel parum alteratur,  
& eſt cibus medicinalis: vel alteratur quidem, ſed nō  
vincitur, imò vincit, & eſt venenum calidum: vel non  
alteratur & vincit, & eſt venenum frigidum. Iſta  
ſunt omnia exquisitiſſimè in tertio declarata, quorū  
oīm methodus à poſito fundamētō ſumitur, vt cōſide-  
ranti patet. Poſt temperaturarū conſiderationē, quid  
primò ordine doctrinæ, q̄ à notioribus cōponēdo fit, cō-  
ſiderari debeat, videndū, utrū facultates ſiue potētiae  
naturales animæ, an ipſa mēbra, quæ ſunt potentiārū  
inſtrumenta? Reſpondemus, credere nos à potentijs in-  
cipiendum eſſe: actiones enim nobis notiſſimæ ſunt, &  
illæ quæ primò ſenſibus occurrunt. Hæ verò primò &  
per ſe indicant & diſtinguunt potentias, ſecundariò  
et per accidens indicant inſtrumenta, vt diſcurrenti  
patet. Ergo primū à potentijs incipiendum, deinde  
ad mēbra accedendum, quorum diuerſitatem con-  
tēplantes, ſingulorum ingenioſiſſimas admirādasq;  
ſtructurās recenſebimus, neceſſariò ad certos vſus ab  
opifice excogitatas. Et ita progrediemur ad vſum par-  
tium; conſiderādo, num mēbra propter potentias ge-  
nita ſint? an potentiae propter mēbra? an vtrumque  
propter vſum? Eſt aut vſus rei cupiditas et neceſſitas,  
quod poſterius cognoscetur, vt mox patebit prudēter  
ſpeculanti: ergo huic ordini inſiſtentes, à potentijs in-  
cipiemus.

C

cipiemus

cipiemus, primoque à naturalibus. Cùm autem Galen.  
velit, vt apparet in libro De temperaturis & vbiq̃,  
semper à calore moderato actiones omnes prouenire,  
tum animales, tum vitales, tum etiam naturales, li-  
bellum proposuit, in quod ostendere conatus est. In-  
scribitur autem hic libellus De potentiarum natura-  
lium substãtia, nam de his principaliter agit: vbi duo  
potissimum intendit: alterum, vt ostendat fieri harum  
facultatum operationes propter temperiem: alterum,  
fieri non posse sine sensu aliquo. Et cùm plantæ has  
quoque facultates habeant, ideo cum Platone conclu-  
dit, quæ sensum nonnullum habeant, ea consequen-  
ter quodammodo esse animalia. Primum probat in-  
ductione, ostendens tam diu operari has facultates,  
quàm diu fuerit calor temperatus, & hoc per singu-  
las actiones patebit discurrenti. Vbi enim calor vel re-  
soluitur, vel extinguitur, vel augetur, vel corrumpi-  
tur ob multas morbificas causas: ita etiam minuuntur,  
auferuntur, corrumpunturque operationes. Alterum  
probat ratione, si supponamus, vt sensu patet, membra  
naturalia & plantas trahere quod sibi competat, ex-  
pellere quod illis nocuum est: tunc ratiocinamur im-  
possibile esse trahi, quod conuenit, & expelli quod  
nocuum est, sine cognitione facultatis alicuius. Sed  
nulla cognitio sine sensu fit: ergo membra naturalia  
& plantæ in attrahendo & expellendo sensu vtun-  
tur. Concludimus igitur, sensum quidem habere fami-  
liarium tantum & alienorum, reliquis verò sensibus,  
au-

auditu visu, odoratu, gustu, tactu priuari. Obiter modo duo interserit, alterum Medico non esse necessariū inquirere, quæ sit harum facultatum substantia: ad quam assequendam manifestè asserit, ne vllum quidem argumentum inueniri: alios voluisse esse quasdam separatas substantias, quæ membrum inhabitant, alij spiritum, alij nullā prorsus esse, quæ operetur substantiam: sed ipsamet membra ex compositione primorum elementorum, talem virtutem formam esse, ostendit: que hîc apertè, quod sit de substantia animæ, illam omninò famulari temperaturis corporum: quæ temperaturæ, vt ipse ait, vel sunt ex commistione primorum corporum, vt voluit Empedocles, vel ex commistione omnimoda, mutataque totorum pro tota. Vtrum verò corpora ipsa in qualitates faciant mistionem, dubitatur quidem. Sed accedit magis ad opinionem asserentium, qualitatatum tantum immutationem fieri. Quam sententiam adscribit Aristoteli, sicuti alterā Stoicis: alterum quod interserit, est vt adferat dubitationem. Cum enim dictum sit, operationes naturales à calore fieri moderato, quomodo verum est? Quia à nonnullis asseritur, animalia quidem calida dici, plantas verò frigidas. Respondet: Multa nos cum vulgaribus, vel transitu, vel obiter dicere, quæ postea exactè & ex professo, vel cum peritis tractamus longè aliter proferimus, & adfert Platonis exemplum, qui in alijs suis libris dicit plantas, ligna, &c. esse inanimata. In Thimæo verò de hac re, vt ex professo loquēs

oppositum probat: sicque ait Aristotelem fecisse, sicut Theophrastum, non enim vulgaribus, statim inuulgari oportet, quæ à sensu remotissima, & cognitu difficilia sunt, nisi prius longa insinuatione, plurimisque demonstrationibus fuerint declarata. Contemnunt enim vulgares, quod non intelligunt, & docentem aspernantur.

## METHODVS DE FACVLTATIBUS naturalibus.

**I**N libris tribus De facultatibus naturalibus, attendit Galenus ostendere quatuor esse facultates naturales, quæ nutritioni inserviunt, in singulis membris consistentes, quæ nutriuntur. Cùm verò facultates dignoscuntur per actiones & opera, ideo ab actionibus facultates dignoscentur: ac primùm quidem de naturalibus tractaturus est. Distinguit inter actiones animales, vitales & naturales, dicens: moueri quidem & sentire secundum electionem animalium: in animalibus ergo sensum & motum inesse animæ operationes. Augmentum verò & nutritionem naturæ tantum, cuius oppositum expressè tenuit in superiori tractatu, vt paulò antè vidimus. Sed soluendi modum ab ipso Galeno habemus in his, quæ in calce præcedentis libri diximus, ad quæ recurrentes: aliud enim nos dicere, cùm exquisitè nos loquimur, aliud, cùm non ex professo, sed audenter: & hoc est faciendum



*dum in re tam difficili, & quæ à cōmuni opinione re-*  
*motissima est: eam enim non debemus asserere, nisi*  
*primò multis rationibus ita esse probauerimus. Præ-*  
*tereà cū actiones istæ animales motiones quædam*  
*sint, motus ergo & quietem describit, inquiens: qui-*  
*escere tamē corpus, quando nihil ex præexistentibus*  
*in ipso immutatur: moueri autem, cū immutatur*  
*quippiam. Motionum autem tot species erunt, quot res*  
*ad quas immutantur. Si igitur fiat motus in qualita-*  
*tibus, alteratio dicetur: si in loco, localis: & isti duo*  
*motus simplices sunt. Motus autem in quantitate nō*  
*simplex est, sed compositus: nam quod augetur vel mi-*  
*nuitur, locum mutat & alteratur, vt patet. Hic remo-*  
*uet opiniones antiquorum de primorum elementorum*  
*coniunctione, ostendendo eam, quæ Hippoc. est & A-*  
*ristotelis reliquis esse præferendam. Dicit deinde ex*  
*Hippocratis & Aristotelis sententia, elemēta in qua-*  
*litatibus tantum secundum se tota alterari: nō enim*  
*secundum substantiam, aut vt dixit Zeno Citteus,*  
*quoniam veræ facultatis sit opus quoddam, vt san-*  
*guis, & actio, & sanguificatio: Dicit omnem actionē*  
*opus etiam appellari posse: sanguificatio enim, & opus*  
*& actio dicitur. Spiritus verò nullo modo actio dice-*  
*tur: neque enim sanguis est actio, sed opus: alterum*  
*igitur dupliciter, alterum simpliciter dicitur. Suppo-*  
*nit postea pro his, quæ dicturus est ex temperatura,*  
*actione q̄; quatuor primorum corporū, omnes actiones,*  
*opera q̄; fieri naturalia, vbi ostendit Aristō. sibi apertè*

cōtradocere: qui cū in libro De generatione oēs qua-  
tuor qualitates pariter agere inter se, & pati adserit,  
vt nulla magis actiua, vna quā altera. In lib. postea  
quarto Meteor. & in Problemat. totam actionem fri-  
giditati & caliditati tribuit, statuens humiditatem  
& siccitatem tanquam subiecta, quod eò minus Arist.  
conuenire dicit, quando ipse ponit mutuam elementor-  
um generationem à quatuor qualitatibus fieri, & nō  
à diffusionē, contractionēque materiæ, vt Stoici vo-  
luerunt. His missis methodum proponit, qua facultates  
naturales inuestigare possimus, sic exorsus: Omnis  
facultas est causa, ergo omnis facultas est ad ali-  
quid: consequentia est nota. Causa enim alicuius est  
causa: notum est antecedens. Nam facultatem voca-  
mus, quæ ad aliquid facere potest. Sed quæ sunt ad ali-  
quid, inter se correspondēt, ita vt ex passione vnius se-  
quatur passio alterius. Ab operationibus tanquam  
notioribus, quæ sunt effectus facultatum, numerum  
inuestigamus. Sunt autem operationes naturales in  
vniuersum tres, generatio, augmentatio, & nutritio,  
vt consideranti patet. Ergo & facultates naturales  
totidem erunt, generatiua inquam, et augmentatiua,  
& nutritiua. Ad generationem autem duo requirun-  
tur, alteratio & formatio. Cū enim generetur in v-  
tero animal, oportet prius materiam alterari & immu-  
tari ad formam membri inducendam: deinde formā,  
vel ut alij plasmani: ita vt magnitudo, cōcauitas, emi-  
nentia, durities, mollities, reliquaque huiusmodi, ad  
vsum

vsum apta reddatur. Ab alteratiua igitur sunt prima  
 elementa corporum sensibilium, quæ sunt caro, ner-  
 uus, arteria, & reliqua corpora similia. A formatiua  
 fiunt compositiones, inplantationes, explantationes va-  
 forum, cæterorumque connexorum. Et hanc putat  
 Galen. longe diuiniorem, artificiosioremq; alterati-  
 ua esse: sic ostendit de multis membris esse quærendū  
 quid sint, an cerebrum sit medulla? an vesica sit ner-  
 uus? an epa sit caro? an cor sit musculus? an pori vri-  
 teres sint venæ, vel arteriæ? Huius quæstionis autem  
 cum non sit necessariò istorum aliquod esse. Concludit  
 igitur, poros vriteres esse substantiam ab alijs præpa-  
 ratam, quæ nec sit vena, nec arteria, nec nervus: &  
 sic de vesica, de epate, & reliquis dicimus. Cum tot de  
 generatione dixerimus, dicit deinde, quid sit, aut quo  
 modo fiat augmentatio, ac quemadmodum illi necessa-  
 riò inserviat nutritio, si augmentatio esse debet in lon-  
 go, lato, profundo: peruenire enim augmentationem  
 ad aliquam dimensionem sine nutritione nequaquam  
 potest. De hac augmentatione pauca nunc dicemus:  
 Sed in secundo huius libri circa principium reliqua  
 supplebimus. Ad nutritiouem igitur accedemus, quæ  
 est tertia species operum naturalium, sicut diximus.  
 Hanc autem ab alteratione distingui, cuius finis est  
 generatio. In tali enim alteratione, vt exempli gratia,  
 quod prius non fuerat, generatur. In nutritione verò  
 quod affluit ossi prius existenti, priusquam assimile-  
 tur. Est igitur nutritio assimilatio ad nutritum: sed  
 cum

cūm nutrimentum sit in principio, multum dissimile & nutrito, ideo multa instrumenta ad nutritionem fūere necessaria. Quæ enim plurimum inter sese distant, eadem fieri non possunt sine multis intermedijs operationibus. Varia igitur instrumenta à natura fūere excogitata, tam cōcoquendi alimentū, tam expellendi, quod redundat, tam distribuendi, excernendi que, quod est concoctum, tam attrahendi quod conuenit. Cūm autem, sicut suprā diximus, nutritio sit assimilatio nutrimenti ad nutritum, oportet, si assimilari debet, vt prius agglutinetur: agglutinari autem non potest, si non apponatur. Ergo ad nutritionem appositio primūm, deinde agglutinatio, tertio assimilatio est necessaria. Si ergo defuerit appositio, fiet ἀτρόφια: si agglutinatio, anasarca: si assimilatio, λευκον. Nunquam autem nutrimentum nedum assimilabitur, sed nec apponetur quidem, nisi attrahatur. Coit ergo necessaria facultas, quæ attractiua dicitur, quam negant Asclepiades & Erasistratus. Epicurus autē non negauit quidem, sed cūm causam attrahendi assignaret, ad suas illas ἀτόμους amatas respexit. Satius fuerat, vt ait Galen. attractiuam negare, quàm tam ridiculam causam asserere. Esse autem attractiuam virtutem, non in animalium tantum corpore apparet, sed in multis alijs, vt in Magnete, Electro, in ramulo tritici, quod ad se attrahit, vel aquam, vel acetum, vti in hoc loco ostendit Galen. Sed in corpore animalis manifestè esse, his necessarijs demonstrat argumentis:

gumentis & probabilibus in exemplum, attractione  
 urinae à renibus. Cùm enim in vno mēbro fuerit pro-  
 batum, in reliquis quoq; satis patebit: est enim omniū  
 ratio communis. Cùm constet urinam ab epate ad re-  
 nes, & inde ad vesicam progredi, vt sensui patet, vel  
 sponte progreditur ea facere, vt diligens sit cuiusdam  
 utilitatis gratia: sicuti nos aliquando in forum pro-  
 gredimur: vel venae eam transmittunt, tanquam ad  
 colatorium, vbi etiam excolatur sanguis, quemad-  
 modū in suis colatorijs ceterae substantiae crassae ex-  
 colari solēt: vel cogit renū virtus quaedā attractiua,  
 quae attrahit. Primum dicere ridiculum est: secundū  
 falsum & impossibile. Nā si sanguis ita excolaretur,  
 primò subijceretur è directo renes venae cauae, & cō-  
 moda fieret transcolatio. Sed hoc falsum est, nam vt  
 patet, vtrique positi sunt ex obliquo. Prætereà si ita  
 esset, totus sanguis pergeret ad suum colatorium. Hoc  
 autem ex anatomia falsum esse deprehenditur. Nam  
 portio maxima venae cauae ascendit ad cor & superi-  
 ora, se maximè à renibus remouendo. Alia item non  
 minor descendit ad crura, maximam copiam sangui-  
 nis deferens: minimi autem ramuli eius ad renes trans-  
 mittuntur. Prætereà si renes vicem tantum colatorij  
 supplerent, cùm ad eos sanguis deuenisset, pars subti-  
 lior & serosa transmearet, crassior verò detineretur:  
 sicuti in confectiōe casei contingit, vbi serum perco-  
 latum ruminatim translabitur, crassior verò pars re-  
 tinetur, quae casei materia est. Hoc autem est falsum,

D

nam

nam è contrario potius subtilior tantum pars sanguinis ad renes defertur: crassior & purior ad alias partes transmittitur. Prætere à si venæ transmitterent serum sanguinis ad renes, facerent id propellendo, ita ut superius constringerentur, inferius verò dilaberentur: sicuti fit in distillatione, & in actu excernente ab intestinis excrementa: sed si hoc fieret, totus simul sanguis, tã crassus et purus, quàm subtilis ad renes transmitteretur. Consequens est falsum, ergo illud quod antecedit. Si igitur urina nec sponte, electione q; sua defertur, nec venæ transmittunt eam, reliquum ut venæ attrahant, quod erit probandum. Cùm verò causa attractionis apposita sit tanquam ridicula, quam Epicurus dicit, ab amatis atomis fieri. Relinquitur, ut fiat ob virtutem attractivam, quæ in mēbris est. Quòd si in renibus talis sit virtus, eadem omninò ratio est in alijs membris, & ijsdem prorsus argumentis contraria refelluntur. Hic modò longissimæ sunt digressiones, contra Erasistratum, Asclepiadem, & Epicurum, quorum opiniones partim deridentur, partim refelluntur: ac simul disputat, quod alibi sæpissimè facit, contra Asclepiadem, credentē medicinas nō attrahere proprios humores, sed generare potius, & ubi generati sunt, expelli à natura.

14.

IOANNIS MONTANI LECTIO-  
NES DE MORBO GALLICO.

**M**ultiplex est opinio de origine morbi Gallici: inter reliquas vna est maximè celebrata. Et talis est, quòd huiusmodi morbus ab influxu cælesti inceperit: & cessante tali influxu perseuerauerit. Eò quia multi huiusmodi morbo infecti remansere, qui alijs per contagium hunc tradidère, ita vt nunc maximè frequens sit. Sed ista opinio mihi nunquam placuit, non tamen in presentiarum eam redarguam, qui huc accessi docendi magis gratia quàm ostentandi: ideò quid sentiã, nunc dicam. Certum est, quòd morbus iste per contagium acquiritur, & non tantum in congressu mulieris cū viro, sed etiã cū quis huiusmodi morbo laborãti, qui pustulas habuerit, cōdormierit, iisdemq; vestimētis, & rebus quibus ipse vtitur, vsus fuerit, facilè inficitur. Quis autem apportauerit ad nos huiusmodi pestem? debetis scire, quòd anno à Christi natiuitate M. D. xcvi. quidam Columbus vnà cum multis Hispanis accessit in Indias illas nouas, quas Callicuti appellat. Et cū ibi hic morbus familiarissimus sit, sicuti scabies apud nos, ex illis multi infecti sunt hoc morbo, qui postea ad nos reuersi, multos ex nostris infecerunt. Quòd autem talis morbus illis sit familiaris, non est mirum: quia Galenus in eo libro, An animi mores, & Hippocrates in libro De aëre & aqua: & in primo Epidemi. & in primo De ratione vi-

viētus inquirit: quòd sint Endimiae quaedam, quae pas-  
sim vagantur, sicut & Epidimiae. Et quòd hoc sit verū,  
habetis apud Arabes, quod erat quaedam aegritudo,  
quae in vena vel arteria concreſcebat, & videbatur  
fieri, sicut serpens quidam, & difficillimè curabatur:  
sicut etiā lepra apud multas regiones frequentissima  
est, in quibusdam verò rarò accidit. Nam Scythae nō  
patiuntur lepram, & sic paucissimi Germani, tum e-  
tiam Asiani, & hoc propter diuersitatem regionum.  
Sicut igitur in ipsis regionibus non valde aegritudines  
grassabantur, quae in alijs non erant, ita non est mi-  
rum, quòd apud Indias illas nouas sit morbus iste con-  
tagiosus, illic familiarissimus: & ideo repertum  
est apud ipsos antidotum suum, quod est guaiacum, vt  
iste morbus tam familiaris apud istos sit, sicut apud  
nos scabies, & acquiritur per contagium, sicut & sca-  
bies. Quum igitur anno M. D. XCVI. Columbus ille re-  
uerteretur, & tum temporis Carolus Gallorum Rex  
numeroſo exercitu Neapolim iuerit, & permanserit  
ibi per aliquot menses, contigit (sicut in exercitibus  
solet cōtingere, quòd multi hinc inde facti sint trans-  
fuge, & sic milites illius Columbi, qui fortè etiam ex  
illis Indis quasdam meretrices asportarunt, cū con-  
cumberent cum mulieribus, infecerunt multas, quae  
postea & Italis & Gallis & Hispanis concubuerunt.  
Et ideo Galli morbum hunc Neapolitanum, Neapo-  
litani verò Gallicum nuncupant, quia in bello cœpit  
grassari, & hoc de origine ipsius morbi, & quomodo  
per



per contagium acquiratur. Sed si volumus curationē istius tradere, necessarium est, ipsius naturam & essentiam prius inuenire. Sed quæ est essentia ipsius morbi? Dico, quod est mala temperies, calida & sicca in epate per contagium impressa. Et quia mala impressio potest esse cum materia, & sine materia, dico primò, quòd est ista intemperies sine materia: procedente verò tempore fit cum materia & solutione continui. Ista acquiritur per contagium hoc pacto, vel cū quis cōcubuit cum infecto: ab eo enim emanat aliquod virus, in quo est mala & venenosa ista qualitas, quæ infigitur vel in ore, vel in præputio: quia ista sunt mēbra laxiora, & apta magis ad recipiendum istam venenosam qualitatem. Quæ cū ibi iam est impressa, paulatim repit ad venas paruas, deinde ad maiores, donec epar pertingat. Quæ cū eò peruenerit, ipsum occupat, & immutat suam naturalem temperiem, quæ postea sic alteratur. Primò adurit omnes humores in eo existentes, qui transmittuntur ad omnes partes corporis pro nutrimento: sed cū mali sint, mēbra renuunt, & ita corpus illud redundat quàm plurimis excrementis: quæ si nimis mordacia fuerint, faciunt vlcera, pustulas, pilorum defluxus, dolores inter iuncturas, & alia infinita symptomata, secundum naturam humoris qui aduritur. Nam si fiat vlcus, illud postea mala illa temperie fouetur: & cū in vlcere adsit dolor, propter solutionem continui attrahitur noua materia, & sic difficillimè curantur. Quia

mala intemperies non potest facile corrigi, quia iam fecit impressionem in membro tam nobili. Et quia calida est & sicca, absumpsit plurimum de humido radicali, ad siccitatem iam vergit, cum adsit caliditas præternaturalis. Et vos scitis, quod sint difficiles ad corrigendum lapsus ad siccitatem. Ista autem magis sicca quam calida, ideo non est mirum, si difficilis sit curationis. Sed quare est, quod os & præputium tam facile recipiunt huiusmodi morbum? Dico esse, tum quia membra ista ingrediuntur in corpus, tum etiam quia laxa admodum sunt, & ideo agens facillime imprimit in subiecto præparato & disposito, quam in non disposito. Accedit etiam, quia ex confrictione membra illa incalescunt, & pori rarefiunt, & tunc facilius virus emanans ab ulcere infecti, imprimit malam qualitatem. Quod quidem virus cum sit calidum & siccum, penetrat, incidit, et erodit. Ideo evenit, qui mollis sunt carnis, facilius recipiunt hunc morbum, quam qui solidioris carnis. Inde pueri & faminae inficiuntur facile ex lactatione & assiduo usu cum infectis. Verum tamen est, quod in coitu acquiritur contagium istud, quia membra illa naturaliter sunt laxa, & accedente illa frictione incalescunt, & pori rarefiunt. Ad calefacta humores accurrunt, & sic recipiunt illam virulentiam, & malam qualitatem, quam postea singulis partibus communicant, & præcipue epati, modo ut dictum est. Quod autem intemperies ista sit calida & sicca à natura rei, hoc constat ex effectibus suis.

suis. Nam si vlcera fecerint, habebunt duritiem satis  
 insignem: durities autē fit vel à pituita crassa, vel ex  
 melancholia: non à pituita crasse facta, quia non ero-  
 deret, ergo à materia melancholica. Et de hoc Galen.  
 in lib. De tumorib. præter naturam: Vbi sunt crassi-  
 ores cum duritie, ibi adsunt materiae crassae adustae.  
 Sed si esset tenuis, potius Erysipelata faceret, & vl-  
 cuscule superficialia, & in profunditate. Hæc autem  
 sunt vlcera in profundo cum corrosione, igitur mate-  
 ria adusta vlceris. Quod etiam materia sit calida &  
 sicca adusta, ostenditur: quia istorum vlcera meden-  
 tur cum his, quibus vlcera adusta medentur. Quod  
 quidem vlcus paulatim venis primò paruis, deinde ma-  
 ioribus transmittit suam malam qualitatem, donec  
 epar pertingat, & ipsum occupet, quod ita vlceratū,  
 est, talem sanguinem, talesq; humores, qualis est intē-  
 peries sibi acquisita mittit. Et in hoc morbo idē con-  
 tingit quod in scabie, si quis vtatur pānis, quibus vti-  
 tur scabie laborans, vel secum dormiat, primò incipit  
 scabies in vna tantū parte, deinde ad alias successiuè  
 permeat, donec totum infectum videat: & sic ad epar  
 pertingit, quod alteratum est, sanguinem non gene-  
 rat: ideo tales non benè sanantur, nisi euacuata mate-  
 ria, & alterato epate, quibus factis, linimentis etiam  
 densissimis tollitur, quæ alioquin ex se nunquam ha-  
 beret, & ista magis hominem adfligit secundum dispo-  
 sitionem ipsius, et secundum etiam quòd se regit in  
 potu & cibo, & reliquis, & est vna propositio vniuer-  
 salis

*salis in medicina : quòd vbi aliquis affectus in toto æ-  
qualiter est impressus, per principium est vitiatus : vt  
verbi gratia, si quis patitur priuationē motus & sen-  
sus in toto, de necessitate patitur principium motus &  
sensus, scilicet cerebrum. Et sic, si quis summam pul-  
sus imbecillitatem patitur, signū est, quòd vitium est  
in principio, scilicet in corde. Et sic vbi in singulis cor-  
poris partibus vitiatur sanguis, adustus, pituitosus,  
salsus, & per totum diffunditur, signum est, quod vi-  
tium est in fonte, scilicet in epate. Sic igitur non est mi-  
rum, quod ex vna scabiei pustula totum corpus infi-  
ciatur quandoque. Sic etiam non debet mirum videri  
quòd ex parua pustula vel vlcusculo istius venenosi  
morbi inficiatur totum. Siquidem inficitur epar, quod  
est principale membrum, toti deseruiens, quod cūm fu-  
erit infectum, necessarium est omnia in deterius labi.  
Et ideo Gale. in sexto De locis affect. declarat, quòd  
parum virus Scorpionis in aliquo impressum, pertingit  
ilico vsque ad cor & cerebrum. Et recitat exemplum  
de quodam, qui ex morsu Scorpionis ita refrigerari  
videbatur, ac si aqua frigidissima super caput eius  
inpersa esset, & simul quasi virtus quædā spiritualis,  
sicut etiam est de Opio, nam modica Opij quantitas, to-  
tam refrigerat massam sanguinis. Non igitur mirum  
est dicere, illato contagio, vel in summa virga, vel  
in ore, vel in vulua, diffundi illam malam temperi-  
em, & epar vsque pertingere. Quòd autem ita sit, quòd  
scilicet epar inficiatur, apparet. Nā omnes ferētales  
liuidi*

tiuidi & subnigri apparent, floridumque tum faciei,  
 tum cutis colorem amittunt, & tristantur sine causa,  
 quum prius hilares essent. Et dicit Gale. in libro Ar-  
 tis parue, & quarto De tuend. sanitat. quod talis est  
 superficies cutis, quales sunt humores in corpore con-  
 tinuantes, nisi ad profundum decubuerint. Ipsi igitur  
 tristantur, quia non habent bonum sanguinem &  
 floridum, & vapores qui ab eo eleuantur, cum  
 sint adusti, non possunt esse clari & lucidi. Et  
 perseuerante ista mala qualitate in epate calida &  
 sicca, maior fit sanguinis adustio, & tum membra re-  
 nuunt sanguinem tam crassum, & mordacem, & ad-  
 ustum: & tunc aggregantur superfluitates in corpore,  
 quæ si aliquam corporis partem reliquis imbecilliorẽ  
 habuerint, illac confluunt, vel ad crura, vel ad cutim,  
 diuersaque symptomata pariunt. Si enim iuncturæ  
 fuerint debiles, illic confluunt, & cum nimis lapsæ sunt  
 ab ipsis, ad periosteon defluunt, quæ cum frigida sint,  
 humores illi acres, adusti, & mordaces penetrant in  
 ipsa, acutissimosque dolores pariunt: ac tales vruntur,  
 ac si terebello perforarentur. Si verò humor ille ma-  
 gis tenuis fuerit, & non ita assatus & adustus, &  
 virtus potens ac calida fuerit, & expellat ad cutim,  
 facit pustulas: quia cutis est receptaculum omni in  
 excrementorum, & pustulæ illæ ad nigredinem ten-  
 dunt, & adustionem indicant: etiam sub illis pustulis  
 propter summam adustionem fiunt vlcera difficilia  
 curatu: & quandoque ita acris & mordax est huius

E

modi

modi materia, vt vapores ab ea eleuati ad caput pa-  
riant diuersa symptomata, vehementesque capitis do-  
lores, pustulas, capillorum defluxus, interdum figun-  
tur in palato, vel in gula, quia humida & laxa, &  
causant vlcera. Faciunt autem crustas, quia sanguis  
ille dum aduritur, eleuantur vapores acres ad ca-  
put, qui cum cerebrum forte inueniunt, ad cutim ex-  
pelluntur, & ab eis dolor, & in furculis, & in spatulis,  
propter ascensum illorum vaporum, qui inhaerent pe-  
riosteis illarum partium. Quandoque & cadunt ca-  
pilli propter defectum alimenti, vel quia etiam alimenta  
sunt corrupta, quoniam circa plurima sunt excremen-  
ta, quae putrescunt: & si pili generentur ex adustione  
humorum, tamen si adustio illa corrumpatur & ad-  
uratur, cadunt pili. Et hinc est, quod acutissima illa  
materia quae ad radices pilorum tendit, cum adura-  
tur, facit vt cadant, & omnia ista symptomata indi-  
cant summam adustionem, & maxime in epate, si qui-  
dem in tota massa sanguinis est vitiū: ergo in ipso prin-  
cipio, sed non ita adustus, cum ista adustio bene habet  
gradus. Nam si epar, et totum temperaturae frigidae &  
pituitosae inuenerit, fiunt quidem adustiones, non ita  
tamen, sicut in epate calido & sicco: & ideo non est  
mirum, si in varijs temperaturis varij reperiantur af-  
fectus. Nam in alijs abscessus, in alijs dolores, in alijs  
vlcera, in alijs schirri & grumae fiunt. Sed quæret quis:  
quare est, quod huiusmodi non ita tendit ad cor, si-  
cut ad epar: quia sicut tendit ad epar per venas, ita  
tendit

tendit ad cor per arterias. Respondeo, quòd hoc ideo non est: quia ad hoc, vt agens agat, requiritur dispositio passi. Nam noui ego multos, qui cum infectis cubarint assidue, tamen non infecti sunt: quosdam verò ex vno tantum concubitu illam malam qualitatem acquisiuisse. Ideo dico, quòd facilius recipitur impressio in epate per venas, quàm in corde per arterias. Quia cor & arteriæ sunt validissimæ, & substantiæ admodum duræ & solidæ. Ideo huiusmodi intemperies non potest facile imprimi in istis: venæ autem & epas quia sunt substantiæ magis laxæ, ideo non tantum resistunt, sicut cor & arteriæ, sed quæritur quando facta est illa pustula in præputio, & in inguinibus appareant illi tumores, id est, bubones: an sit appellandus morbus, an non? Dico, quòd si pustula illa nuper inceperit, quod non est dicendus morbus Gallicus, & tunc color cutis fædatur, & magis niger quàm pallidus redditur. Et hoc ideo est, quia sanguis ex quo nutriuntur omnia membra, spiritusque tenebriosiores efficiuntur, ideo adest tristitia, cogitat & imaginatur. Quòd si magis perseuerauerit, aggregant quàm plurima excrementa, quæ postea ad iuncturas expelluntur, & ad periosteas. Et sicut continuo augentur plurimi humores pituitosi, qui superassati, fiunt gypsei, ideo in iuncturis fiunt quandoque grumæ: quòd si magis aduratur, & magis mordaces ac acres euadant, diuersa vlcera causant. Quòd si diutius perseuerauerit hæc intemperies, non cessat, donec omnia mem-

bra principalia occupauerit. Quia cum contrarium con-  
trario applicatur, de necessitate sequitur actio et passio  
donec virtus cerebri potest resistere huic malæ qua-  
litati, resistet aut quantum potest: & si caput dolet, &  
tristia imaginetur, non credatis tunc quod sit, quia  
lesio principaliter sit in cerebro, & cerebrum per es-  
sentiam sic laesum, sed per consensum, propter vapores  
ascendentes ab inferioribus partibus: & sic si irasca-  
tur, hoc etiam est per consensum: quia cum sanguis  
crassus & adustus sit, et generetur prius, qui ex priori  
illius parte generatur, non potest esse liuidus & clarus  
non tamen propter hoc est dicendum affectum princi-  
paliter in corde esse, sed perseuerante isto morbo, con-  
cedo, quod ista mala qualitas imprimatur in iecore,  
quæ tamen prius in cerebro quam in corde, quia est  
laxum: cor verò est solidum & durum, ideò facilius  
recipit impressionem illam, quam cor. Et sic cerebrum  
inficitur, ita vt taliter quandoque corrumpatur,  
meningæ ipsius, & os etiam corroditur ipsius cranei,  
& tunc ista pessimè se habet, quo ad operationes ani-  
males & naturales. Vltimò contagium ad cor pertin-  
git ratione pessimi cibi, qui generatur in epate, &  
cor ratione illius magis exiccatur propter impressio-  
nem illam, quæ calida & sicca est: & sic incipit tabe-  
scere, & tunc nulla est redemptio, & tales egroti ad-  
modum fiunt impatientes, nec possunt tolerare, vt a-  
liquis secum loquatur, omnia fastidiunt, & ita ma-  
ximè etiam fit adustio in cerebro: & ita morbus iste  
habet



habet tres gradus. Primus, quando mala illa qualitas in epate figitur & imprimitur, quòd si tunc cerebrum quoque patiatur, est per consensum. Secundus ultra epas occupat cerebrum, & tunc apparent signa, quæ diximus. Ultimus cor occupat, ex quo recipit Marasimum, nec amplius recipit curam, & secundum patientes temperiẽ, bilis siue pituita, siue atra bilis. Et sic se habet natura, essentia ipsius, signaque, ipsorumque rationes: sed sitalis est essentia huiusmodi morbi, quomodo tolletur? Duplex est via: vna cum his, quæ in qualitatibus manifestis operantur: altera cum his, quæ à proprietate occulta. Sed quis insurget dicens? Tu ergo concedis qualitatem illam occultam sine proprietate, quas tantopere vituperas? Dico, quòd Galenus interdum ad ipsum confugit: nam quare scamoneum traducit bilem? Nulla est ratio, nec potest reddi causa, quare stercus pueri curat synanchen. In isto igitur morbo debetis procedere, ijs quæ operantur in qualitatibus manifestis. Et cum huiusmodi morbus sit intemperies calida & sicca, & cum materia. Primò euacuabimus, secundò cum frigidis & humidis quæremus reducere ad pristinum statum epas: quia non potest reddi aliquod membrum ad naturale suum temperamentum, nisi mundatũ fuerit ab ipsius superfluitatibus: ideo prius euacuanda est materia, deinde est alterandum epas cum frigidis et humidis. Et quia iste morbus est malignus & venenosus, non potest tolli, maximè cū sit impressus, cū his, quæ in qualitatibus

manifestis operantur. Ideo ad Bezoartica, id est, anti-  
dota est recurrendum. Ideo Deus Opt. Max. praevidit  
& ostendit suum Alixterium, sicut etiam fecit in o-  
mnibus alijs morbis venenosis, quod est decoctum li-  
gni Braichani. Nam & moderni Medici, qui supra  
nos tentauerunt curare istum morbum, & cum ex  
affectibus viderent temperiem esse calidam & siccam,  
cum frigidis & humidis processere: & quia videbant  
ista caetera propter huiusmodi intemperiem esse refer-  
ta quam plurimis malis humoribus prius exactam et  
ipsi euacuationem tentarunt. Et cum viderent vlcerum  
cum his, quibus Arabes vlceribus malignis consueverunt  
occurrere, quae Saphæ appellabant, processerunt. Et  
quia in huiusmodi vlceribus Arabes argento viuo ute-  
bantur, ideo cum huiusmodi processerunt, non tamen  
curabant, quia non tollebant malam temperiem: sed  
per aliquod temporis spacium remanebat suppressa:  
procedente vero tempore omnia deteriora redibant,  
quam erant prius, eo quia non credebant se non sanare  
cum linimentis: ideo vario modo vsi sunt ipso, & intus  
assumendo per pillulas, & per syrupos: tamen quia ni-  
mio suo motu vlcerascit intestina, & cum saliuâ, &  
cum axungia & alijs huiusmodi. Et appellarunt ar-  
gentum precipitatum, cum potius precipitans dice-  
re debuissent, quia precipitat homines. Haecenus au-  
distis, quod intemperies calida & sicca est ab epate.  
Reducenda est, ad imendaque temperatura optimis  
frigidis & humidis. Sed hoc dicebamus non posse fieri,  
nisi

nisi prius euacuatis quibusdam humoribus adustis multiplicatis in corpore propter huiusmodi intemperiem. Et quia Medici gradum exquisitum lapsus, nec formam eius specificam sciunt, quæ quidem venenosa est & pestifera, ideo occurrunt ei cum suo antidoto. Quia sicut forma faciens ipsum morbum, est nobis occulta, ita medicina respiciens istam formam est nobis occulta. Quòd autem huiusmodi intemperies ad certum gradū deuenire debeat, ad hoc, vt faciat morbum Gallicum, patet. Quia non omnis intemperies calida et sicca epatis facit morbum Gallicum, licet velint aliqui ita argumentari, quòd læpra esset morbus Gallicus. Hoc modo omnis morbus Gallicus fit ab intemperie calida & sicca epatis: sed omnis læpra fit ab intemperie calida & sicca epatis, ergo omnis læpra est morbus Gallicus. Videatis quomodo valeat ista consequentia in secunda figura, ex puris affirmatiuis in terminis non conuertibilibus. Benè verum est, quòd læpra fit ab intemperie calida & sicca, & quòd curatur cum his, quæ euacuant humorē melancholicum, & ad frigidum alterant epar ipsum, non tamē est morbus Gallicus. Et quia Medici ignorant formam specificam illius, nūc casu inuentum est antidotum illius quod est curatio ipsa. Ceterū vt ad curam huius morbi veniamus: Morbus Gallicus primò debet curari cū his, quæ humorem melancholicum euacuant. Deinde cum his quæ alterant epar ad frigidum & humidū.

Et

et Deus dedit nobis suum antidotum, quod respicit hunc morbum à tota forma, quod est lignum Guaiacum, quod non tantum, quo ad qualitates manifestas contrariatur suæ formæ, sed potius videtur sibi simile esse, & fouere, quoniam calidum & sicci. m. Ex quo videtur, quòd magis intemperiem illã deberet augere, sed ideo operatur, nõ quia calidum et frigidum, sed quia tale in curatiõe. Igitur in isto pessimo ac venenoso morbo consulo, vt utroque modo procedatis. Primò incipientes à medicamentis, quæ per indicationes sumuntur, & quia humores plurimi sunt adusti, ideo primò euacuandi sunt, tamen prius præparandi & concoquendi. Deinde alterandum est epar ad frigidum & humidum, quoniam intemperies acquisita est calida. Et vltimò cum Bezoartico, scilicet cū decocto ligni, quod à proprietate sanat. Vbi autẽ in huiusmodi morbo, plurimi sint humores adusti melancholici, ut ex suis signis deprehendetis. Nam patietur dolores in brachijs, in spatulis, vel in capite, vel in cruribus, qui causantur à vaporibus eleuatis ab adustis humoribus: quandoque vlcera tum circa pudenda, tum circa os & palatum, quæ indicant supra humorem melancholicum adustum: quandoque pustulas in capite, quandoque pilorum defluxum propter pessimum nutrimentum: quæ omnia adtestantur supra huiusmodi humores adustos plurimos deprauatos. Ideo euacuandi sunt exquisitè, cum aggregati fuerint, propter malam epatis intemperiem, quod cùm generet pessimum

muum

mum sanguinem, illum transmittit per venas & arte-  
 rias per totum corpus: sed cum iniucundus sit, mem-  
 bra renuunt, & sic non fit bona concoctio, & ideo  
 multiplicantur excrementa: ideo facta prius leui  
 ventris lenitione, mittatis sanguinem vsque ad de-  
 cem vncias, & plus & minus, secundum quod cor-  
 pus fuerit robustum vel debile. Et si virtus ita est de-  
 bilis, vt tantum sanguinis non possit vnica vice tole-  
 rare, bis & ter iterabitis, donec eã quantitã quam  
 intẽditis, eduxeritis: expletẽ enim euacuabitis humo-  
 res, qui in toto venarũ ambitu aggregati sunt, propter  
 malam epatis intemperiem. Deinde refrigerabitis  
 epas, totumque corpus, quò maximè indigetis. Dein-  
 de quia scitis aliquos humores crassos & adustos su-  
 peresse, concoquetis ipsos, quia ex ipsis non potest fieri  
 alimentum corpori, eò quia iam omnes concoctiones  
 pertransierunt: humor enim melancholicus est ex-  
 crementum omnium concoctionum. Si igitur excessit  
 omnem concoctionem, ideo non potest concoqui prima  
 & propria concoctione, sed concoquitur hoc pacto, eò  
 quia coniunctus est pluribus humoribus bonis lauda-  
 bilibusque, tam in venis quàm extra venas, & cum  
 crudis: ideo istos concoquetis, aptosq; secretioni red-  
 detis. Ideo in primis exhibebitis ea, quæ faciunt con-  
 coctionem ipsam, aut iuuant: & ista sunt calida &  
 humida, quia veram faciunt concoctionem, adiuuan-  
 do calorem innatum, qui crudos humores postea ad-  
 greditur, ipsosq; concoquit, & tũc quod est sibi vtile,  
 E retinet

retinet, & quod est sibi noxium, expellit & separat.  
Quia igitur in istis aggregati sunt humores adusti  
plurimi, nō debetis cōcoquere vera concoctione, quia  
isti humores omnem iam concoctionem transierunt,  
sed cōcoctione improprie dicta, iuāudo scilicet calorē  
innatum, vt eos humores crudos cum adustis commi-  
stos concoquat, & ipsos separet. Et adustos humecta-  
bitis, & magis expulsionī paratos reddetis: & cū na-  
tura fortior fuerit facta, eos expellet: quōd si ipsa non  
fecerit, debetis vos expellere. Et aduertatis, quōd ferē  
omnes Practici ad pręparationes humorum nulla fa-  
cta concoctione procedunt, non distinguentes inter  
pręparare & concoquere, ideo in principio cum abster-  
gentibus, incidentibus, & aperientibus procedunt: sed  
illi humores cū nondum pręparati sint & conco-  
cti, detruduntur per vasa, & inuehuntur per vasa,  
nulla facta prius concoctione, nec etiam abstergi nec  
incidi possunt, cū non sint concocti. Ideo notetis dif-  
ferentiam inter concoquere, & calorem innatum iu-  
uare, vt supra humores fortius agere possit, ipsosque  
concoquere, malosque à bonis separare. Pręparare  
verò est, cū concocti sunt, si tenues minus fuerint,  
incrassare, si crassi nimis, attenuare: & sic semper de-  
betis accedere concoctionem humorum ante prępara-  
tionem. Facta iam pręparatione & concoctione, si na-  
tura non euacuat, euacuetis vos: ideo in principio in  
casu nostro procedetis calidis & humidis: et circa ven-  
triculū, & circa hypochondria, vt prima concoctio  
fiat,

fiat, & iuuetur calor innatus. Deinde cum his, quæ  
interius assumuntur, quæ sint calida & humida, tam  
cibi quàm medicinæ, & sint similis concoctionis. Et  
sic semper procedetis, vt prima concoctio, quæ fit in  
ventriculo optimè fiat, & sic etiam, quæ in ambitu  
totius fit, & sic semper iuuabitis calorem innatum, &  
modicè calefacietis cum leuibus frictionibus, cum mo-  
dico olei, vel amygdalarum dulcium, vel camomilli.  
Vinum tenuis substantiæ debet esse, debet esse leue,  
& modicè dulce, non nigrum. Cibi quoque calidi sint  
& humidi, vt ptisana alterata cum modico cinamo-  
mi, ac etiam fiat in bono pulli iure: quoniam ptisana  
ex se frigida & humida est, vt scitis. Cum per octauū  
aut decimum quintum diem tenueritis egrum, adiu-  
uando omnes concoctiones, vrinæ tunc si laudabiles  
magis apparebūt, tūc ad abstergentia, ad incidencia  
& aperientia tutò potestis procedere, vt quod iam est  
concoctum, natura adiuta possit expellere: ideo tunc  
commodè poteritis syrupo de fumo terræ, qui abster-  
git & incidit, & oximelicis, syrupo de Epithimo, et  
alijs innumeris vti, vt quod est concoctū, expellatur,  
& quod crudu præparetur, & expulsionem abstergēdo,  
incidendo, & aperiendo paratū reddatur. His factis,  
tunc pharmaca, quæ huiusmodi humorē paratū eua-  
cuēt, & epar alterent, adhibeatis. Nec à confectio-  
ne in suis Hamech discedatis, & à syrupo rosato solutiuo.  
Quo facto, si symptomata adhuc perseuerabūt, nec ma-  
gna ex parte fuerint remissa, iudicabitis istud corpus

non exactè esse euacuatum, & tunc rursus concoque-  
tis, ac præparabitis, postremò euacuabitis. Et tunc po-  
teritis vti illis nostris syrupis, vel alijs consimilibus.  
Nostris autem ita sunt confecti.

Recipe { Mirabolanorū Citrinorum } ana vnciā s.  
          { Chebulorum }  
          { Indorum }

Contundantur grosso modo, & in libris quatuor  
aquæ fumi terræ infundantur, per diem & noctem.  
Deinde

Recipe { Polydipi }  
          { Folliculorū isenæ } an. de.  
          { Epythimi }  
          { Liquiritiæ rasæ vnci. j. }  
          { Gariophilorum drach. ij. }  
          { Seminis Citri } an. scrup. j.  
          { Cinamomi electi }  
          { Corticum hellebori nigri drach. j. }

Bulliant omnia simul vsque ad consumptionem  
tertiæ partis. Deinde addatur libræ tres aquæ fumi-  
terræ, & misceantur per sex vices. Et sic si æger  
fortis erit & validus, poteritis exhibere singulis die-  
bus: si verò non ita robustus, alternis diebus. Quibus  
peractis, si videbitis accidentia magna ex parte ces-  
sasse, tunc alterationi epatis adtendetis, & alterabi-  
tis epar cum frigidis & humidis, quæ moderatè talia  
sint, vt ptisana in iure pulli magis longo & aqueo,  
& sit vinum magis dilutum. Quum autem medicinas  
exhibebitis



exhibebitis, vt Syrupum de Nenuphar, & violarum  
 compositum & simplicem, & alios consimilimos, cum  
 aquis frigidis & humidis. Postmodum ad decoctum  
 ligni accedatis. Sed quum ultra istud decoctum fre-  
 quentissimus est vsus linimenti ex argento viuo, &  
 olei de calamento, seu de vitriolo, ideo volunt istud  
 habere proprietatem contra istum morbum. Et non  
 vtuntur argento viuo per exterius, sed interius, quod  
 pessimum est exhibere: & hoc quia vident quasdam  
 leues experientias. Sed quam difficilis sit experiendi  
 modus, nisi prudentem Medicum naetus fueris, lega-  
 tis Gale. in primo & secundo simpl. Med. vbi dicit:  
 quod Medicus maximè prudens, & in logicis versa-  
 tus esse debet, si debet cognoscere id, quod est per acci-  
 dēs, ab eo quod est per se. Ideo vos qui Methodici esse  
 vultis, cognoscatis, quare est quod argentū curat, vel  
 potius curare videtur istum morbum Gallicum. Et  
 videatis plenius in capite Hydrargyro, licet non multi  
 inter hydrargyrum & argentum viuum faciunt diffe-  
 rentiam, & dicunt, quod hydrargyrum est id, quod  
 arte fit: argentum verò viuum, quod à natura, &  
 quod effoditur è mineris. Sed domini, habet easdem  
 vires, siue fossum, siue arte factum. Semper enim vbi-  
 cunque applicatur, nimia sua frigiditate & penetra-  
 tione, siue hoc habeat à forma sua specifica, citraque  
 applicatum, repellit & summoperè penetrat, & nullū  
 commercium habet, præterquam cum auro, & cum  
 occurrit membris principalibus, interficit sicut vene-

nū: et ideo antiqui abhorrebāt ipsum. Sed post ipsos,  
Arabes, qui maximi Alchymistæ fuerunt, ita admi-  
scent ipsius vsum, vt etiam in scabie vterentur: sed a-  
pud Græcos nunquā videbitis vsum ipsius. Et loquor  
de Græcis antiquis, sicut fuit Hipp. & Galen. & Ori-  
basius, non de recentioribus, vt Aëtius, Paulus, quia  
istis Neotericis passim præfero. Alexāder etiam Tral-  
lianus fuit ex antiquis illis. Ideo videatis Gal. in cap.  
De argento viuo. Dicit enim, non cognosco ego hy-  
drargyron, nisi pro veneno. Et nihil aliud vult dicere  
de ipso: Non dico, quòd argentum viuum habet hanc  
proprietatem repellendi omnia, quibuscunque occur-  
rit: & ideo Arabes in vlceribus putridis & malignis  
vtebātur purulentissimis, et cum nō possent occurrere  
cum abstergentibus & exiccantibus vtebantur isto,  
quia ex isto locus ac purulentia mundabatur, quo  
vso cœperunt ipsum extollere, & ad scabiem cum  
storace, & cum oleis calidis applicare. Et sic mul-  
ti Moderni iuniores & Aromatarij omnes in suis li-  
nimentis ad scabiem vtuntur hoc: & quod deterius  
est, extinguunt ipsum, & cum saliuā, & cum cineri-  
bus, & cōficiunt pillulas, ex quibus mirificè humores  
euacuant, & per superius & per inferius, & est, ac si  
arsenicum præpararent: quia istud est maximum ve-  
nenum, & dicunt ipsum à virtute occulta curare mor-  
bum Gallicum, & dicunt hoc experientia constare.  
Sed dico, & vos videbitis, si vnquam euenerit, vt ex-  
periamini, quòd vobis non consulo, quòd neutrum ho-  
rum

rum faciat, nec curet à proprietate morbum Gallicū,  
 nec vllam contra ipsum proprietatem habet occultā,  
 imò est pessimum venenum, & exterminandum à toto  
 vsu medicinae, licet videatur ipsum curare: sed non cu-  
 rat, & decipiūtur nescientes discernere, inter id quod  
 est per accidens, ab eo quod est per se. Nam quia vidēt  
 quòd si exterius vel interius assumunt, cessant dolo-  
 res, & clauduntur vulnera, credunt ob id, quòd cesset  
 morbus. Sed non cessat, benè enim à partibus exteri-  
 oribus & ignobilioribus ad partes interiores & nobi-  
 liores retrahitur, & procedente tēpore redit cum se-  
 uioribus accidentibus. Et quia viderunt hoc & ipsi,  
 ideo diuersos modos applicandi imaginati sunt, mo-  
 dò precipitant ipsum, modò adurunt, modò in suffu-  
 migijs, modò in linimentis, modò per os illiniunt hoc  
 pacto crura vsque ad genu, brachia vsque ad cubi-  
 tum: quo factò, cum repellat omnia cui occurrit, repel-  
 let ad medios ventres, & quandoque ad caput, &  
 sic cessant vlcera, dolores, & alia huiusmodi per a-  
 liquod tempus. Et cum isti non sentiant dolores am-  
 plius, letantur, benè comedunt, benè bibunt, benè  
 dormiunt, & pinguescunt, licet non bona pinguedi-  
 ne, sed potius tumescunt: & cum pertrāseunt sex aut  
 quatuor menses, & quinque annos fit peior priore, &  
 anhelitus fœtet, gingiuae corroduntur, & ideo dentes  
 longissimi apparent & submarcidi, & color prauissi-  
 mus et fœdissimus. Quòd si iterent linimentum bis aut  
 ter, non amplius possunt euadere, & ideo cum inuncti  
 fuerunt

fuerunt, apparent sani, quia repellit & penetrat: & ideo commiscet cum oleis calidis, cum oleo de costo, cum oleo laurino, de terebinthina, cum adipe vrsi, & anseris, cum butyro, & faciunt infinitas miscellas, & vtuntur linimento Ioannis de Vigo, quod refert ipse Romæ se illi multam pecuniã dedisse. At hoc faciunt Medici propter ignorantiam methodi: & ita ego quoque cum iunior essem, vsus sum isto, & visus sum sanasse aliquos, cum tamen nullos sanauerim, quia videbam potius à deteriora parari: ideo cum hoc viderem, conuertimē me ad Gal. hoc animo, nisi methodum in hac arte, & rationem qua vterer ipse, inuenirem, vt derelinquerem ipsum. Sed Deo adiuuante tandem vidi veram viam, et luminatus fui, & sic vidi, quod argentum viuum repellit omnia cui occurrit, & dilatat vias, & expellit quicquid humoris inuenit, & non cessat iste motus, donec humor crassus, adustus, & pituitosus expulsus sit. Et quia illiniunt extrema, ideo humores cogunt retrocedere, & deuenire ad ventres medios, & ad thoracem. Ideo qui taliter inunguntur, excernunt plurimum sputum. Et sic finis huius est, vt omnis materia, impetu illius argenti viui deueniat ad thoracem, & ad stomachum, & ad pulmonem, & inde expellatur. Cuius signum est, quod maxima copia illius humoris excernitur sine tussi, & sine aliqua excretionē, tenendo solum os apertum, & sic thorax impletur illo veneno, & mala illa qualitate, quæ totum occupabat: sed quàm hoc sit bonum, iudicetis vos. Si quum materia  
tendit

tendit ad ignobiliores partes, & vos repellitis ad nobiliores: an sit benè factum, nec ne. Prætereà conſiderate, an illa ſit conueniens via educendi illum humorem, quia debet epar euacuari, & per conuenientes regiones. Et Auicenna prima quarti: Cùm euacuas, caue ne materia tranſeat per mēbra principalia. Tu verò oppoſitum facis cum tuo argento viuo, & permanet cauſa, imò ſit fortior: quia materia illa retruditur, & illa mala qualitas, & ibi maiorem poſtea facit impreſſionem. Et ideo iſti habent membra ſua ſpiritualia perpetuò affecta: & vos in primo intuitu tales cognoſcetis, quia non amplius habent viuum illum & floridum colorem, quem habere ſolebant. Gingiua marcidæ, propter humores corro dentes eas partes: ideo dentes longiſſimi & nigri, propter fætidus vapores. Anhelitus fætet, & calorem innatum ſemper ſopitum habent, propter illud venenum quod acceperunt: nec concoquunt, ſicuti prius, & permanet intemperies illa calida & ſicca cum epate, imò auclæ eſt, ex qua multiplicantur peſſimi humores, & plurimi aduſti. Iſti autem credunt, quòd euacuatſ iſtis humoribus ſanentur: ſed oportet reducere epar ad bonam temperiem, ne amplius alios generet. Imò non eſt mirum, ſi recidua & malignior reddatur, quàm fuerit in principio. Et ratio eſt, quia cauſa in epate exiſtens perſeuerat, quã oportet remouere, ſi vis curare, & ſit licet videantur curari, non tamen curantur, quia non per ſe curantur, ſcilicet remouēdo cauſam

G

morbi

morbi: sed tantum per accidens, reperiendo materiam, & euacuando absque alteratione epatis, & concoctionem illius male qualitatis impressæ: & ideo curantur hoc modo, quia cessant dolores & vlcera, reliquaque symptomata per aliquod tempus: quia materia euacuatur, licet non per conuenientes regiones, & peius fit illud, quod ex assumptione illius acquisuere. Ideo caueatis ab usu argenti viui, & maxime à pilis istis, quia sunt venenum manifestum. Huc vsque igitur habuimus essentiam huius morbi. Et quomodo cum his, quæ ab indicationibus sumuntur, curari nequit, sicut febres & inflammationes? quia gradus lapsus præcisè dignosci non potest, quia neque gradus temperamenti dignoscimus, vt Galen. ad Glauco. in Probe. aliter autem morborum, licet non possemus exquisitè gradum lapsus dignoscere, quia tum non faciunt tam magnam impressionem, sicuti iste pessimus morbus: quia vel citò interficiuntur, vel sanantur, tum quia gradus exquisitè lapsus ipsorum non cognoscimus, cum contrarijs eis occurrentes depellimus ipsos, quia non depresserunt formam suam in membris: sed si in hoc, & in alijs venenis sciremus gradum lapsus, & formam illam specificam, & fortè cum his, quæ ab indicationibus possumus tollere. Non credatis Domini, quòd temperatum ipsa sit forma, sed ab ipsa immediatè sequitur forma substantialis. Cum igitur istam formam ignoremus, non possumus tollere cum indicationibus: quare necesse est

est, ut ad antidota, & ad ea quæ in sua qualitate occulta operatur, reuertamur. Quòd si fuerit in principio, ita ut non fecerit illam magnam impressionem, possumus tollere cum indicationibus, quia cum incipit, si euacuabitur exquisitissimè corpus, & alteretis epar ad frigiditatem & humiditatem, refrenetis formam nondum impressam seu infixam. Sed cum est confirmatus, oportet accedere ad antidotum, quod est lignum Indicum. Quid nam sit istud lignum, an apud nos tale reperiatur? & Veronæ est lignum, quod Equianum appellant, quod facit siliquas, in quibus sunt semina parua, & folium rotundum, quàm sit folium hederæ crassiusculum, tamen & lignum solidissimū, ut vix possit incidi, & grauissimam interius grauedinem habet. Et sic habet omnes conditiones exquisitas ligni, quod nascitur in India, & sic simillima sunt. An verò habeant eandem virtutem, nescio Domini. Forsan propter varietatem regionum non habet easdem virtutes, tamen non expertus sum. Satis est, quòd illius Indici magnam copiam habemus, quod est antidotum huius morbi: nec hoc fuit propter qualitates manifestas, quia ut vsu & per Galeni regulas nobis traditas in libro De simplici medicina, siccissimæ & calidissimæ substantiæ est: nam amarum est eius decoctum, cum acrimonia erodente, ita ut sit calidum vsque ad tertiam, & habet partes heterogeneas. Habet enim partes subtiles, in quibus fundatur acrimonia illa, & terrestres

adustus, in quibus est amaritudo. Et hinc est, quod  
sustinet tantam decoctionem, & si decoxeris deco-  
ctum vltimū, nihilominus amarum, spissum & acre  
erit, quā fuerit primum, & vix virtus potest ab eo  
extrahi. Et vidi Aromatarios, qui decies vendide-  
runt idem lignum. Ideo cū vultis esse fideles vestris  
ægris, & honorem adipisci, iubeatis, vt decoquant  
in domo sua. Quum igitur habeat istas qualitates,  
non tantum non deberet curare istum morbum, qui  
ex calida & sicca intemperie est ipsius epatis, Sed  
cū tale sit, potius deberet agere: ideo non à quali-  
tatibus manifestis operatur, sed à forma sua specifi-  
ca, sicut & multæ aliæ sunt medicinæ. Cū igitur  
oportet à qualitate occulta, si istud decoctum exhi-  
bueritis, antequam remoueritis omnia impedimenta,  
multa incommoda facietis, absq; vlla utilitate. Quia  
forma illa specifica à multitudine humorum obtun-  
ditur, cū non possit cum sua occulta & forma spe-  
cifica operari cum qualitatibus manifestis, scilicet  
cum caliditate & siccitate substantiæ operatur, &  
inflammat epar. Et si exhibent, antequam caput sit  
ex acclè mundum, plus nocent, quā prosunt, si non  
exquisitissimè euacuatū prosperè succedet: ideo nun-  
quam nisi exquisitissimè euacuato corpore exhibea-  
tis, & factis his quæ dixi. Sed quādo varius est vsus  
istius, ideo duo verba dicam de hoc: Nam video mul-  
tos, eosque insignes Medicos, vti hoc ligno cum vino,  
& decoquūt ipsum in vino aromatico & maluatico,  
&



Etiam exhibet sineratione & methodo, et destruunt omnium temperaturas: & non solum cum vino, sed admiscunt calida seu aromatica, et cinamomum, & alia huiusmodi. Et non tantum aromata calida, sed medicamenta etiam calida & euacuantia, vt epithymum: & quæ molestissimè euacuant, sicut est scammonium, colocynthis, helleborus, & sic faciunt medicamentum venenosum. Et quidam ex nostris, qui ex assumptione ipsius vini, ita adustus & exiccatus arefcit, vt spacio sex mensium vix potuerim refrigerare & humectare. Et exhibui illa medicamenta frigida, quæ certè alium interfecissent, & Aromatarij sibi timebant talia præparare, dicentes: Se nunquam vidisse corpori humano tã frigida exhibita, & tamen vix potui illum refrigerare. Sed diceres: vellem scire vnũ, vnde nam est iste malus vsus? vnde emanauit? Dico quòd credo fuisse quempiam excellentissimum Medicum, qui artem & medendi methodum calleret, qui cum vidisset quempiam admodum refrigeratum, vel ex longitudine morbi, vel ex ætate, vt nihil ferè haberet caloris, prætereà totus grumosus esset, tophosque in toto haberet: ideo cum videret tales fortè, quòd iste eruditissimus & prudentissimus Medicus istud exhibuit decoctum cum vino, & profuit: quia videmus & nos aliquos ita maleficiatos, qui nullam ferè caliditatem habent, & loco sanguinis pituitam generant, vt limaces & cochleæ in talibus conferre possent: quia indicationes

hæc probant, quia cùm sint frigidi & humidi, cum  
calidis & siccis reducendi ad temperaturam. Ideo si  
inuenietis tales, in quibus reliqua omnia frustra  
sint, tunc poteris hoc facere. Sed aduertas tamen v-  
num, quòd mihi hoc vinum placet, quia ægritudo ista  
est in neruis, & in membranis: & scis quantopere  
Galenus, Hippocrates, Dioscorides & Auicenna, &  
alij omnes detestantur vinum in morbis neruorum,  
ideo præ oculis hoc habeto. Quòd si tamen volueris  
exhibere, caue ne exhibeas in iuuenibus, & cali-  
da & sicca temperatura, & in tempore, regione, &  
cæteris huiusmodi, quia lædes. Nã in isto ligno sunt  
duo: vis calefaciendi & exiccandi, & forma specifi-  
ca, qua sanat morbum istum. Si qualitas manifesta  
superauerit, nocebis plus: si verò forma specifica supe-  
rabit, sanabis. Ideo caueatis ab vsu istorum antido-  
torum sine methodo & distinctione, quia aliquando  
plus damni adferetis quàm commodi. Debetis igitur  
hoc decoctum exhibere iuueni habenti temperatu-  
ram calidam & siccam, in tempore etiam calido &  
sicco: remittatis acrimoniam suam & caliditatem,  
decoquendo ipsum in aquis frigidis, & humidis. Si  
verò corpus fuerit humidum, & non calidum, &  
velletis aliquialiter calefacere, decoquatis istud in  
aqua communi: quia ipsa recipit omnes impressiones  
aquaenõ simplicibus frigidis, licet multa calida in eis  
decoxeris, nunquã ab eis frigiditatem remouebis. Et  
ego superioribus annis M. D. Ioachimum habui labo-  
r antem

rantem, & Medici exhibuere decoctum in aqua cō-  
 muni, etiam quòd sit senex: tamen quia calida & sic-  
 cæ tēperaturæ fuit, adeo est inflāmatuſ, vt totuſ ſit  
 erisypilatuſ. Ego iuſſi decoctū fieri in aqua endiuia,  
 & totuſ refrigeratuſ eſt: & cū priuſ palliduſ eſſet,  
 rubeuſ effectuſ eſt. Et cū penè cæcuſ, cœpit optimè  
 videre: & cū eſſet ſine filiſ, cœpit procreare: & cū  
 macer eſſet, pinguiſ effectuſ eſt, ideo & voſ facietis.  
 Caueatiſ etiam, ne qualitateſ manifeſtæ ſuperent oc-  
 cultaſ, quia ſic inflammabitis potiuſ. Si verò forma  
 ſpecifica ſuperabit, ſanabitis. Hactenuſ habuiſtiſ eſ-  
 ſentiam huiuſ morbi, à natura morbi, quia morbuſ  
 eſt intemperieſ calida & ſicca in epate reducta ad  
 certam formam nobiſ ignotam. Nec credatiſ, quòd  
 valeat conſequentia. Quòd vbi eſt intemperieſ cali-  
 da & ſicca in epate, quòd ibi ſit morbuſ Gallicuſ:  
 quia lepra & aliſ morbi proueniunt ab intemperie  
 calida & ſicca in epate, ſed ſecundum diuerſoſ gra-  
 duſ impreſſionis diuerſaſ facit ægritudineſ. Quum  
 igitur hîc ſit intemperieſ calida & ſicca epatiſ, per  
 illam communem dignitateſ, Contraria contrariſ  
 curantur, debetiſ procedere. Sed cū ſit hæc intem-  
 perieſ, & etiam plenitudo in toto corpore, quod in-  
 dicant, doloreſ, puſtulae, vlcera gruma, & defluxuſ  
 pilorum, cū iſta ſint ſigna fluxionis. Fluxio autem  
 eſt cum materia, ideo ad eſt materia: & vbi eſt mate-  
 ria, ibi ſumitur alia indicatio curãdi in eodẽ funda-  
 mento: multitudo curata cum ſuo contrario, ſcilicet  
 cum

cum euacuatione sic fit: à natura morbi sumuntur  
duo indicia, vna euacuandi, altera alterandi, à qua  
incipienda. Videatis Gale. 3. Method. vbi dicit, quòd  
ab ea debemus incipere, sine qua reliqua tolli non po-  
test. Hic est remouenda multitudo, & mala tempe-  
ries existens in epate. Debetis incipere ab euacuatio-  
ne, quia nisi euacuetis humorem, non potestis alte-  
rare epar. Primò ergo euacuabitis, deinde cum con-  
trarijs alterabitis: sed quia exactè tolli non potest  
ista intemperies propter impressionem, quia forma  
ægritudinis est nobis ignota, ideo ad antidota est  
nobis recurrendum, quod est lignum Indicum, quòd  
experientia constat tollere istum morbum, non pro-  
pter qualitates manifestas, sed quia tale à proprietate  
occulta, & in forma specifica: & hoc est, quia non  
attigimus vltimum gradum lapsus & formæ morbi.  
Quia si cognoscemus formas específicas cuiuslibet ve-  
strū, cognoscemus cogitationes cuiuslibet. Sed quia  
vltimæ formæ malorum, & maximè istius, & alio-  
rum sunt formæ ignotæ, ideo à natura à posteriori  
est procedendū. Ideo inuentum est hoc lignum, quòd  
formæ huius morbi est contrarium: quia videmus,  
quicumque istud assumpserit, seruatis seruandis, &  
si non prima vice, secunda, tertia, vel etiam quarta  
sanati sunt. Et ideo fuit, quia impressa admodū erat  
forma illius, tamen cum secunda, tertia, quarta as-  
sumptione liberati sunt, nisi ipsi sint calidi, & intē-  
peries iam sit in corde impressa illa mala qualitas  
venenosa

venenosa: & vos egri & assidentes & instrumentum commoda fuerint, omnes prorsus sanabitis: & diximus abstinendum esse oīo à decocto ligni cū vino, item diximus, quando conueniret, nisi esset periculū de neruis, cū scilicet corpus est admodum refrigeratum, vel propter longitudinem ægritudinis, quæ resoluerit calorem innatum, & si quod generat calor iste, illud adustum generat, quia alteratiuus est: tamen si dabitur vinum, cū sit calidum, calefaciet & penetrabit per partes, per quas aqua propter pituitæ maximam copiam non posset penetrare. Prætereā vinum confortat spiritus, & calorem innatum, & sic calefaciet manifestissimè, propter qualitates manifestas & vini & ligni, & propter formam specificam ligni tollit morbū & sanat. Sed videamus modò, an illa medicamenta calida, vt cynamomum, conueniāt: dico quòd non: quia non debent qualitates manifestæ augeri, ita vt superent formam specificam, sed penitus corrigi. Quia si augeatis qualitates manifestas, additis caliditatem igneam ipsi decocto: & si exhibueritis iuueni & temperaturæ calidæ & siccæ, vel in tēpore tali, plurimū ledetis. An verò medicamēta quæ euacuant, sint miscenda tam decocto in aqua, q̄ in vino? Dico quòd non. Quare? quia diximus, quòd lignum hoc tollit morbū istum à forma, si sic, debet totum esse euacuatum, antequam exhibeatur, vt omnia impedimenta sint ablata, vt cum forma sua possit agere. Si igitur sit euacuatum, & velles dare,

H

nonne

nonne contra Hippocratem, & contra Galenum,  
& rationem & omnes faceres? Nā quid est deterius,  
medicinas soluentes purgato corpori exhibere, &  
videas Hippoc. in Aphorif. Helleborum dare purga-  
tis conuulsiones facit. Quod si nō fuerit euacuatum,  
non debet dari istud decoctum. Quia euacuatio non  
debet cum alteratione permisceri. Nam si fuerit ma-  
la complexio in aliquo membro, quis est tam rudis  
Medicus, qui potius velit euacuare, deinde alterare  
membrum. Ita & vos faciatis, non permisceatis eua-  
cuationem cum alterantibus, quia illa alterantia non  
poterunt agere, ideo caueatis ab hoc usu, quia pesti-  
mus est, & euacuetis, & non alteretis. Et nunquam  
conuenit uti isto decocto cum medicamentis euacuan-  
tibus & soluentibus, nec etiam cum vino: & in qui-  
bus casibus diximus, sed semper timendū est de ner-  
uis, quia vinum nocet nervis, & morbus iste occupat  
mēbranas, præcipuè quæ sunt neruosæ, ideo in aqua  
decoquatis, & si vultis calefacere aliquantisper, &  
exiccare, ut sit æger non iuuenis in tēpore hyemali,  
& etiā temperatura potius ad frigidū declinantis, q̄  
aliter, tū in aqua cōmuni. Quia aqua cōs recipit oēs  
impressiones. Si verò fuerit iuuenis, & calidæ tempe-  
raturæ, & in æstate, tunc in aqua boraginis, vel cico-  
reæ, vel fumi terræ, vel portulacæ, licet ego nunquā  
transcenderim illas, tamen posset æger esse ita ca-  
lidus, ut indigeretis sūma refrigeratione, quod nunquā  
expertus sum: nam ista aqua resistit caliditati ipsius  
ligni

ligni. Nā si recipiatis drach. s. opij, et drac. x. piperis, ac simul ponatis et decoquatis, semper vis illa frigida resistet illis decem calidis, & inducet stuporē. Accipiatis etiam philoniū Romanū, et consideretis ingrediētia, et sic teriacā nouā, in istis lōgè plurimā calida, quā frigida inuenietis, tamē habent maximā vim refrigerandi, & inducēdi soporē. Sed est dubitatio maxima, quomodo aqua, cū sit primū frigidorum, efficiatur materia ad omnes formas suscipiendas? sed si frigiditatem actūalem, vel potentialem haberet, esset illi forma propria, & ageret semper secundū illā formam, & eodem modo, & si decoquatis calida in ea, semper refrigerarent, sicut nunquam ab ea remoueri potest humiditas actualis. Quia si decoquetis quæcunque sicca, semper actu erunt humida, et nihil difficilius, imò remoueri non potest, frigiditas nō nisi facilius remouetur: & tamē dicitur, quod aēr est primum frigidorum, & aqua primum frigidorum. Gal. visus est cognouisse hanc difficultatē, quia nullibi curat frigiditatem aquæ, nisi quæ actualis est: quando aut actu calida est, abhorret in corpore calido, quod nō facit in reliquis, quæ primò frigida sunt. Nā succū papaueris, vt 1. & 2. De tempe. licet actu calidū exhibeat, tamē quia primò est frigidus, semper refrigerat. Et sic videtur Gal. considerare tantū in actuali frigiditate aquæ, nō in potenciali. Cū igitur decoxeritis lignū in aqua cōmuni, & exhibueritis corpori calido et in tēpore calido vrinae minores efficiūtur et rubeæ,

H ij æger

æger magnopere sitiet, & incalefaciet corpus, & tandem febricitabit & tabescet, & sic cogemini abstinere ab eo: ideo utamini aquis distillatis simplicibus frigidis, ut endiviæ, boraginis, quia tales sunt potentia frigida, & resistunt calidis, quæ cum ipsis decoquuntur. Quod nam lignum accipiendum sit? volo, quod accipiatis illud, quod est maximè nigrum, vntuosum et ponderosum, quia in humiditate stat forma illa specifica, quia humiditas cum partibus terreis ita permiscetur, ut faciat nigredinem illam. Et accipias libram vnã istius ligni, non minutissimè triti, sed in laminas incisi tenuissimas. Quia in trituratione illa ad eò tenui exhalat quid de forma ipsius, & restat pars terrestris: & ideo non debetis seruare sic incisum, quia tanto magis partes illæ tenues exhalant ab eo, in quantum est forma illa specifica: ideo non nisi vna libra, pro singula quaque vice facietis præparare, & tunc illico in aqua infundi, non debet tamen crassè admodum esse incisum, quia tunc aqua per eius substantiam non posset penetrare, & per consequens non posset auferre partes illas substantiales & formam specificam, sed debent esse latæ illæ partes ligni, quia latitudo non impedit, quia decoctio non posset auferre omnes partes, nec ita facilè potest ab eo verius resolui, ut benè dicebat Aristoteles 4. Meteor. loquens de putrescibili: nam quodlibet putrescibile, dicit ipse, quanto amplius, tanto magis putredini resistet. Ideo plurima copia aquæ plus resistit putredini



tredini, quàm parua copia. Ideo recipiatis aquam fontis, laudatissimam & subtilissimam: & pro qualibet libra ligni XIII. aquæ libras sumas, & ponas in ollâ stricti orificij, vt minus possit euaporare, et cooperias, & illa olla debet vsque ad 18. vel 20. etiam libras aquæ continere, vt supersit vacuum per ebullitionem & per diem naturalem infusum, teneatis lignū istud. Apponas igitur igni lento & claro, quia facilius extrahet, quicquid est virtutis in illo, & non euaporabit, & decoquas vsque quo tertia pars deuenit. Et accipio ego XIII. libras, vt possint superesse, quia & aciditas illa & ipsius ligni, semper duas libras aquæ absumunt. Deinde facta leui colatura, repones in vase vitreo benè obturato, & ista erit pro vno syrupo: & vna libra dabitur pro singulis vicibus, & manè & vesperi. Et semper debetis animaduertere, vt cum assumet syrupum, quòd cibus præteritus ad minus per septem horas præcesserit: & post syrupum semper per horas tres permaneat, antequam cibum assumat: & sub actuali caliditate vel tepidum exhibetis. Et si fuerit in æstate, quia omnia tunc sunt calida, & quia erit tepidum ex se, sic poteris exhibere: Sed quoniam isti iubent, vt æger sit in lecto, & quiescat, & iubent cooperiri multis pannis, vt excitetur sudor violētissimè etiā, sciatis quòd sit error. Primò, quia sudor est actio naturæ, quæ debet vltimis excrementis. Nam in primis excernit, quicquid est in intestinis, & ventriculo, & in primis venis per seces-

H iij

sum

sum. Secundò per vrinam excrementa venarum. Vltimò per sudorem, quæ excrementa sunt in ambitu totius corporis, & per insensibiles transpirationes. Sed isti faciunt, quòd vltima euacuatio sit prima, & contrarium faciunt ei, quod intendit natura. Præterea quandoq; natura expellit suas superfluitates per vrinam, quandoq; per secessum, licet hoc rarò contingat: quandoq; per insensibilem transpirationem, quandoq; per sudorem, & isti semper coguntur sudare: & nihil deterius est, quàm diuertere naturam, ab eo quod intendit, sed debetis potius eam permittere, & si non potest supplere, illi opem ferre debetis, & non cogere ipsam. Ideo habeatis, vt quietè permaneat post syrupum, & loco etiam calido, vt natura possit facere operationes suas, & si prouocauerit sudorem, permittere, & mundare hominem debetis: & si defecerit, auxiliari ei, & cogere ad id quod non est aptum, quia non est forma substantialis regens singulas partes nostri corporis. Quo ad secundam decoctionem, accipiat Dominum lignum, & decoquat in 24. lib. aquæ, quousq; quarta pars decrescet, & tunc cum tanta diligentia: et si velletis diligentius facere, potestis accipere mediam librã de nouo incisam, quæ permanserit in infusione per diem naturalem, & in 24. libris aquæ decoquere, & tunc facietis fortissimam expressionem. Et in prima etiam decoctione & vltima ista pro potu: & si ingrata videbitur, addatis parum saccari: sed simplicem magis laudo, & sic placet quod à vino abstineat. Vltimus verò ratio limitanda est, sicut Hippo.

Hippo. & Gale. in lib De vict. rat. secundū aegri vires: nam si robustæ erūt vires, tenuissima erit dieta: si debilis, pleniori vtimini victu. Et debetis cauere ab errore, in quem oēs communiter cadunt, quia statim à principio tenuissimā dietam iubent, sed malè faciunt: tum quia in statu, vt in 30. coguntur cibare & dare carnes. Prætereà ad insueta hominem deducunt vsq; aliquo medio: ideo in primis octo aut decem dierum carnes pulli iuuenis, vel hœdi, vel auiū paruarum montanarum in parua quantitate, & dimidium panis, quem consueuerat comedere, & quādoq; etiam vinum admodū dilutū & pauciferū. Transactis istis decem diebus, subtrahetis carnes & vinū, & vnum panem bis coctū exhibebitis, secundū quod vires tolerant, vt ij. vel iij. vnci. pro qualibet vice. Et quia vt plurimum aluus illis adstringitur, ideo exhibeatis ij. aut iij. vnci. passularum dulcium, vt magis lubrica reddatur: & ille panis bis coctus optimus est, quia bis est fermentatus, & optimè coctus, & nullū excrementū habet, & facillimè concoquitur, & optimè nutrit, & singulis quibuscunq; 8. vel 10. diebus, si corpus illi non fuerit obediens, exhibeas vel vnc. j. floris Cassiæ, vel electuarij lenitiui, vel aliquid tale, quod non trahat à longinquo, sed solū educat superfluitates in stomacho, in intestinis, & in primis venis existentes. Vbi verò eris in 30. & videtis satis eductum, vel per vrinam, vel per sudorem, vel insensibilem halitum, poteris ampliare cibū.

Sed

Sed si videtis, quòd natura nō cesset ab euacuatione,  
non immutabitis victus rationem, imò potius subtra-  
hatis, quia propè statum, & in statu detrahendum  
est de cibo, & sic vsque ad 40. & 50. Et quandoq;  
si opus fuerit, vsque ad 60. Et postea paulatim incipi-  
as nutrire hominem: paulatim inquam, quia vt plu-  
rimùm delinquant isti, & sic sanabitis. Sed cum est  
aliud lignum nuper ad nos allatum, quo vtuntur, vt  
aiunt, fœlicissimè Romæ, & est radix cuiusdã Can-  
næ, & est longitudinis vnius digiti longi, & non ad-  
modum crassum, et est insipidum sicut Cannæ,  
Et dicunt, quòd decoctum istius mira-  
bilem qualitatem habeat. Nos  
videbimus an benè succe-  
dat. Interea vta-  
mini isto,  
quo-  
niam scimus tollere ex longo vsu.  
Et sic satis de hac  
materia.

\*

33.  
REGVLARIS CV=

RA MORBI GALLICI SECVN-

DVM ORDINEM EXCELLEN-

tissimi Domini Benedicti

Victorij Fauen-

tini.

**Q**uoniam morbi Gallici principium ex contagio,  
vt omnes profitetur, ortum habent, ideo primi  
membri, quod est virga, sic curari detur affectio.  
Primò apparente in virga vlcere, pustula, vel corro-  
sione quadam, quæ à fœda muliere virgam afficiente  
ortum habet, sic curetur: Fiat primò lenitio ventris,  
& materiæ afficientis minoratio, cum medicina in-  
frascripta: Recipe florum Cassiæ nouiter tractæ vñ. j.  
Confectionis hamech drach. ij. Misce, & fiat bolus  
cum saccaro, qui detur patienti per tres horas ante  
lucem, vel per quinque horas ante prandium. Sequenti  
die apponantur quatuor ventosæ supernates, è regi-  
one de directo virgæ vlcerae, cum scarificatione.  
Quòd si virgæ vlceratio augendo procedat, consulo  
vt fiat phlebotomia quarta die ex vena communi,  
cum extractione sanguinis vñc. iij. Demum continuet  
quater in die abluitionem, & virgæ vlcerae mundi-  
ficationem cum sequenti decoctione. Postquam verò  
virga fuerit abluta & absterfa, extendatur de infra  
scripto vnguento super petiam lineam subtilem, &

I

loco

loco vlcerato applicetur. Lotio talis est: Rec. corticū granatorum, balaustiarum, granorum myrti, hordei mundati, rosarum rubearum ana M. j. mellis rosati colati drach. ij. bulliant in s. q. aquæ & vini albi, ad consumptionem tertiæ partis, qua decoctione abluatur virga, modo dicto.

Vnguentum pro Carolis in virga  
existentibus.

**R**ecipe vnguenti albi vnci. iij. tutiæ præparatæ drach. iij. aloë septicæ drach. j. camphore gra. vj. aluminis vsti drac. j. s. viridis æris drach. j. boli Armeni vnc. s. Misce, & in mortario plumbeo benè ducantur, quousque fiat vnguentum. Eo verò tempore quo curatio virgæ expeditur, non est negligenda ipsius morbi Gallici cura. Primò igitur patiens capiat infra scriptum bolum in aurora: Recipe diasenæ lenitiui drach. j. electuarij rosati Mesue drach. ij. Misce, & fiat bolus cum zaccaro. Sequenti verò die capiat infra scriptum syrupum, quem per dies septē continuet: Recipe oximellis, syrupi de fumo terræ, mellis rosati colati ana vnci. s. aquarum fumi terræ, scabiosæ, cicoreæ ana vnc. j. Misce post assumptionem quatuor syruporū, cōsulo vt per duas horas post syrupi assumptionē fiat phlebotomia ex basilica lateris dextri, cū extractione sanguinis vnc. v. & adhuc continuet syrupos vsq; ad septem dies. Octauo capiat has pillulas:  
Recipe

Reci. pilulas de fumo terræ, Indarū, aurearū, nicol.  
 an. dra. s. Misce cū aquis fumi terræ. Fiāt pilulæ nu-  
 mero quinq; , die verò nona, consulo vt accedat ad  
 stufam, & abluat totum corpus, & sudet sine apposi-  
 tione cucurbitularū. Deinde quiescat per tres dies ser-  
 uādo dietā conuenientē. Postea verò secūda purga-  
 tione prius digerendo materiam cum sequenti, per  
 septem dies continuos: Recipe syrupi de lupulis, de fu-  
 mo terræ, mellis rosati colati ana vnc. s. aquarum  
 betonicæ, lupulorum, acetosæ ana vnc. j. Misce, sum-  
 ptis tribus syrupis manè, celebrato enemate lenitiuo,  
 fiat phlebotomia Saluatellæ in manu sinistra per di-  
 gitum minimum, cum extractione sanguinis vnc. iij.  
 Continuet syrupos vsque ad septem dies. Octauo die  
 per tres horas ante lucem capiat has pilulas: Recipe  
 pilularū fœtidarum, aurearum, nicol. de fumo terræ  
 ana scrup. j. Misce cum syrupo violato, fiant pilulæ  
 numero v. Facta hac purgatione, quiescat per tres  
 dies, & vtatur bono regimine victus interim. Deinde  
 iterum purgetur, digerendo ipsam materiam cum in-  
 frascripto syrupo: Recipe oximellis, syrupi de endiuiā,  
 syrupi de fumi terræ ana vnc. s. aquarum fumi terræ,  
 acetosæ, lupulorum ana vnc. j. Misce, sumptis tribus  
 syrupis, fiat phlebotomia per apertionē hæmorrhoi-  
 darum hora post meridiem, cum applicatione san-  
 guisugarum, cum extractione vnc. iij. Sic continuet  
 syrupos vsque ad diem septimum. Die octauo capiat  
 infrascriptam medicinam: Recipe diasenæ lenitiui,

I ij      diaca-

diacatholiconis an. vn. s. cōfectionis hamech, electu.  
de succo rosarū ana scrup. iiii. Misce, et dissoluantur  
in decoctione communi florū & fructuum in sero ca  
prino facto, in quo bulliant polipodij quercini dra. ij.  
epithimi drach. s. fiat potus. His oībus purgationibus  
factis, quiescat æger per quatuor dies cum bono regi  
mine. Die quinto accedat stufam, & bona præcedēte  
ablutione cū aqua calida, consulo, vt sedecim corne  
tas recipiat, quatuor in spatulis, quatuor in natibus,  
quatuor in coxis, quatuor in brachijs cum scarifica  
tione, vel quatuor cucurbitulas cum extractione san  
guinis q. s. His factis consulo sibi præparari sudato  
rium humidum tali forma ordinatum: Recipe florū  
camomillæ, melliloti, aneti, fœnugræci, seminum lini  
ana M. ij. absynthij, mentæ, pulegij, calamenti, abre  
tani, siue herbæ paralysis ana M. j. s. Camepytheos,  
camedreos, anisi, sumi terræ, lapati acuti, rosarum ru  
brarum, spicæ, squinanti ana M. j. Bulliant omnia in  
mastello vno & medio aquæ ad consumptionē quar  
tæ partis: inde colentur forti expressione facta, &  
colaturæ adde, nitri, aluminis, ana vnci. iiii. sulphu  
ris viui vnci. ij. & hæc omnia simul bulliant in præ  
dicta aqua vnica forti ebullitione. Et iterum prædi  
ctum coletur, & vsu seruetur. Cuius vsus talis est:  
quolibet mane in aurora ventris lenitione præmissa,  
curetur vas longitudinis corporis humani, & pona  
tur aqua in vase illo q. s. vt cooperiatur totū corpus  
ad furculam superiorem vsque, excepto capite. Et  
demum



demum vas illud benè cooperiatur, ne vapores expi-  
rent, & stet per horam in tali balneo calido, si potest,  
sed ad minus per horam dimidiam. Quòd si eo tēpore  
aqua infrigidaretur, addatur alia aqua. Postea ex-  
eat balneum, & exiccet corpus, & lectum calidum  
mox ingrediatur, & dormiat per duas horas. Et con-  
tinuet si potest, et sic benè coopertus, & sudet. Postea  
exeat lectum, & exiccet, & mundet corpus suum, &  
induat vestes, & non exponatur subito aëri frigido.  
Post exitum balnei capiat infra scriptum bolum:  
Recipe zuccariorosati vnci. s. thiriace vel mithrida-  
ti optimi scrup. ij. Misce: sequenti die quiescat, & v-  
tatur exercitio moderato, non declinante multum  
ad superfluitatem, sed tamen magis ad superfluum,  
quàm ad dimidiatum. Deinde verò tertia die iterum  
balneetur modo prædicto. A zuccarorosato cum thi-  
riaca sumat pilulam hanc: Recipe agarici trociscati  
scrup. j. fiat pilula: sequenti die iterum balneetur  
modo dicto. Et sic altera sequenti zuccarum rosa-  
tum cum thiriaca, continuetur: post verò aliam bal-  
neationem continuet vsque ad septimum diem. Et si  
ex balneis nimium debilitaretur, vtatur eis de dua-  
bus vel tribus diebus, secundū quòd virtus tolerare  
potest, continuè ingressum calidi lecti obseruandum,  
post balneationem & sudores ipsos. Et nota, quòd  
huiusmodi sudatorium humidū à pustulis purgabit  
corpus, à resolutione gumositatis: imò ad curationem  
& abluitionem vlcera in corpore apparentium. Si

verò patiens non potest tollerare humidum sudato-  
rium, fiat siccum tale: Recipe furfuris ligati in panno  
libras x. florum camomillæ, calamenti, maioranæ,  
salviæ, roris marini, betonicæ, hysopi, prassij ana M. j.  
Bulliant omnia in s. q. aquæ vsque ad ebullitionem  
fortem: deinde amoueatur ab igne, & cum aqua ex-  
tinguatur lapides molares benè accensi, & post ex-  
tinctionem stante fumatione aquæ cooperiatur pa-  
tiens cum linteamine ad modum tentorij, & simul  
ponatur in vas illud effumantis aquæ, & patiens sit  
pannis tectus nudus, & fumos accipiat, & sic conti-  
nuet per duas tertias horæ, continuè lapides molares  
extinguendo. Laudo tamen sudatorium humidum  
prius dictum, magis quàm hoc siccum, quia magis a-  
perit & resoluit. Factis verò his sudatorijs per sex  
vel octo dies, consulo, vt capiat semel in aurora has  
pilulas: Recipe agarici trociscati, pilularum de fumo  
terræ, aurearum ana scrup. j. Misce cum syrupo vio-  
lato, fiant pilulæ numero v. Si verò omnibus his fa-  
ctis æger modò releuetur, quinimò & pustulæ &  
do!ores membrorū crescunt, & permanent vt prius,  
consulo, vt per septem dies continuos membra dolen-  
tia capite excepto, vnà cum iuncturis omnibus, infra  
scripto vngueto vngantur, si victus ferat, vel alter-  
nis diebus, si non tolleret. Recipe axungie porcine,  
vnc. v. olei laurini, argenti viui, ceræ mundæ ana  
vnci. ij. thuris albi, masticis, ana vnc. ij. salis commu-  
nis vnc. viij. succi plantaginis, fumi terræ, laurinum  
mitte

mitte in vas stagnatum cum succis, & bulliant do-  
 nec liquefiant, & adde pulueris salis communis, oli-  
 bani, mastice, & bulliant ad perfectam concoctionem:  
 postea depone ab igne, & adde axungiam, & ar-  
 gentum viuum cum salina extinctum, & cum pauco  
 olei predicti. Misce bene cum spatula, & fiat unguen-  
 tum. Et nota, quod priusquam isto unguento iun-  
 cturae, & membra dolentia ungantur, consulo, ut  
 experiaris in unguendo tantum palmas manus & pul-  
 sus manuum & pedum, fortiter fricando. Quod si hu-  
 iusmodi unguentum sic inunctum non compleat cu-  
 ram, poteris inde venire ad iuncturas & membra  
 dolentia. Et nota, quod huiusmodi unguenti consue-  
 tudo ratione Mercurij est efficere in ore, palato, &  
 gingiuis putredinem, & tunc consulo ut per totam  
 unam diem gargariset, & in ore detineat infra scrip-  
 tam mixturam: Recipe aquae hordei libras iij. aceti  
 albi fortissimi libram s. Misce, & fiat gargarismus  
 Quod si tamen os ad ulcera deducetur, consulo ut  
 diu noctuque gargariset de lacte vaccino, et plerun-  
 que post gargarisma, utatur in ore paululum de melle  
 rosato, & sic cum lacte & melle procedas, donec oris  
 ulcera persanentur. Quod si patiens dicta unctio-  
 ne non sanetur, sed adhuc vigeant vel ulcera vel gumosita-  
 tes, vel dolores Gallici, consulo ut veniat ad sumpti-  
 onem ligni Guaicani, quod dicitur Guaicanum ab  
 Insula, in qua nascitur. Et nota, quod multo magis  
 iuuamentum succedet assumendo decoctionem ligni  
 post

post talem inunctionem, quam è contra. Præscire igitur debes, quòd modus conficiendi talem decoctionem erit infra scriptus.

### De ligno & eius aqua.

**L**igni Guaicani ponderosi, recentis, abundantis medulla non porosi, neque putridi de stipite, & non de truncopuluerisati subtiliter, vel subtiliter limati lib. s. aquæ fontis claræ lib. xx. Misce, & bulliant simul ad consumptionem medietatis aquæ, inde colentur, & colatura aquæ vsui reseruetur, & de ista prima aqua detur continuò in potu patienti loco syrupi mane & vesperi. Deinde accipe primò dictum lignum semel bullitum, & ei adde ligni Guaicani, subtiliter puluerisati vnci. ij. aquæ fontis claræ lib. xx. Misce, & bulliant simul vsque ad consumptionem medietatis, deinde coletur. De hac aqua colata dabis patienti in potu, cum assumit cibum, vel cum de die contigerit ipsum sitire, de ista aqua in potu. Deinde de prædicto ligno prius bullito, adde ligni Guaicani subtiliter puluerisati vnci. vj. aquæ fontis claræ lib. xvi. bulliant ad consumptionem duarum tertiarum: inde coletur cum raro colatorio, & cum tali aqua medicabis vlcera, gumositates, membra dolentia, iuxta modum infra dicendi. Et nota, quòd si patiens propter assumptionem aquæ superuenerit tormina, & intestinorum dolores, recordari debes duabus a-  
quis

quibus addere ad bulliendum ℥ i amygd., uel  
femiculi, bene à puluere mundator., et huius est  
modus conficiendj tales aquas: Modus opera:  
tionum earum omnium erit infra scriptus.

Usus primæ aquæ talis erit, quod sero migra:  
tu leſi capiat paciens huiusmodj primæ &  
aqua ℥ viij tepide: postea uero eat dormitus  
et sit bene coopertus, panno, et ut nulla aeris fri:  
giditas aut ventus eum possit attingere, et  
laudo ut camera bene descurata sit et clausa.

Quod, si contingat ipsum surgere, quod tamen  
non laudo, sit bene pedibus vestitus, et capite ho:  
neste cooperto, et non labore, neq; fatigetur:

Imo aia sua relinquat exercitia, Mane uero  
die appaerente, tantundem de aqua tepida  
loco syrugi capiat, et super ipsam dormiat, per  
duas uel tres horas, aut plus si potest, et  
cum aqua secunda continuetur in potu, cum  
adsumit cibum, ut dictum est. Aduentante  
prandij hora, quæ erit post sex horas adsum:  
ptionis, si paretur illi tale prandium. Ca:  
pianit nunc: ut panis bis cocti usq; ad sum:  
mum, quam cum passulis emulcatis et amyg:  
dalis dulcibus mundatis, et riuibus damasce:  
ad modestam satietatem comedat. Cum aut  
expedierit ipsum bibere, bibat de aqua secunde  
decoctionis et toties, quoties expedierit in hora  
cibi, ipsum bibere, uel post cibum, de die aut  
nihil proorsus comedat, et contentus solo pran:  
dio dicto, aliter enim esset eius mors. In  
sero

sero autem iubeo, ut nihil oīo comedat, sed tan-  
tum potū imē viij primā aquā, ut diximus con-  
tentus sit. Si uero debilitaretur, consulo ut de se-  
ro comedat dimidium illius quod de mane comē-  
debat, non mutatis dictis libarijs. Si uero post  
decimam quartam diem non possit durare, usq[ue]  
ad quadagesimam, comedatur illi pullus paruumq[ue]  
in prandio per duos dies continuos cum solo pane.  
Vesperī autem non comedat, vel si comedat, tantum  
panem bis cotinum edat, et sic usq[ue] ad quadagesi-  
mū diem procedat, interpolatis diebus pulli-  
nas carnes comedendo. Sed bene nota si p[atiens]  
diētā tolerare posset, usq[ue] ad quadagesimū  
diem nullo pacto eam permittet. Si uero non ag-  
grediatur secundas, et non permittet eam ad  
cotinum tempus usq[ue], sed eam quā est de comē-  
stione pulli. Si uero aeger molestetur doloribus  
uel ulceribus, vel gignitibus in quacūq[ue] corporis  
parte, consulo ut medietur cum tertia aqua,  
iam supra confecta, hoc modo: Calefaciat ipsam,  
in quantum potest aeger tolerare, et madefiant  
placellae de stippa lineā, et exprimendo apponā-  
tur ipsis partibus patientibus. Demde ponat  
secunda super primam, et tertia super secundas, et  
cum fascia ligentur. Et fiat hic modus cu-  
rationis bis in die, mane et vesperī: et sic pro-  
cedas donec totam diētā compleuerit. Trans-  
actis duobus diebus comestionis pulli, redeat  
ad primam diētā. Quod si iterū senseris  
debilem, iterū pullum per duos alteros dies  
comedat, et sic usq[ue] ad quadagesimam diem  
procedat

procedat. Et nota, quod in Medio temporis huius  
diata- paxiens capere debet has pilulas. Re-  
cipe Agaricj troiscati scrup 1. pilularium de fu-  
mo ferrat, aurear<sup>o</sup> ana scrup 1. Et has etiam  
pilulas iterum capiat finitis quadraginta  
diebus. Si vero intra tempus du sunt paxiens  
non habeat beneficium uentris,

utatur enemate ex sola

agua secunda et vi:

teho ovi, Succaro

rubeo, sale

et oleo

Cum fuerit <sup>coi</sup>expediens.

Et hac de cura mor.

bi gallij di.

sta fuffi:

ciant.



F I N I S .

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





Ma 4905

ULB Halle 3  
004 593 383



f


TA → OL

nur 1. Stck fertig bearb.

Ma







METHODVS IO:  
ANNIS BAPTISTAE MONTANI  
DE ELEMENTIS, IATRIAE CANDIDATIS  
apprimè utilis ac necessaria. Cui accessit eiusdem  
authoris de syphillidos lue tractatus do-  
ctissimus, vnà cum regulari cura  
huius morbi Benedicti  
Fauentini.

\*

VIENNAE AVSTRIAE  
excudebat Michaël Zimmermannius,  
Anno M. D. LIII.